CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO


B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.



CONSTANTINUS MANASSES, IOEL, GEORGIUS ACROPOLITA.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

Manasses

CONSTANTINI MANASSIS

BREVIARIUM HISTORIAE METRICUM.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

IOANNIS MEURSII DEDICATIO.

SERENISSIMO INVICTISSIMOQUE PRINCIPI

GUSTAVO ADOLPHO

D. G. SUECORUM GOTHORUM VANDALORUM

REGI ET PRINCIPI HEREDITARIO

MAGNO DUCI FINLANDIAE

ESTHONIAE WESTHMANNIAEQUE ETC. PRINCIPI.

Quantus sit historiae usus, etiam regibus, Gustave Adolphe, rex auguste, iam toties et a tam multis dictum ut nemo ignorare possit; eaque de re sermonem hic instituere velle merito putidum habeatur. itaque hoc sufficiat unum, cum post ardua regni negotia fessum animum oblectare reges volunt, nusquam dignius occupari otium posse quam in historiae lectione. hanc ob rem augustae maiestati Tuae Constantinum Manassem offero, qui compendio res ab orbe condito gestas usque ad annos a Christo servatore nato mille ducentos comprehendit. facio audacter, quod ea maiestatis Tuae apud nos sit fama, immo orbem Christianum universum, inter ceteras virtutes hoc propositum maxime habere, amare et aestimare literas. id quod maximos quosque principes tanto studio consectatos in comperto est, ut imperfectam sibi gloriam aliam omnem existimare vide-

rentur, nisi hanc assecuti essent. nomina prudens non recenseo, satis ex historia nota. quorum omnium cum virtutes sedulo coniunxeris ad miraculum aevi huius, rex auguste, hanc quoque laudem deesse maiestati Tuae noluisti. nempe tot illustria exempla, quae perpetuo animo maiestatis Tuae vere regio obversantur, aliter facere haud patiebantur. et ut illa etiam deessent, domi maiestatis Tuae unum erat, omnium instar, divi Caroli, parentis Tui, quem benivolentia dei asserendis forti manu maiestati Tuae regnis excitavit. ad reliquas autem virtutes quod attinet, quis non pietatem miratur, raram in tam excelso fastigio? quis non animi magnitudinem inconcussam? quis constantiam? quis fortitudinem? qui in primis istis annis, cum hostem barbarum et aetas maiestatis Tuae et sua feritas securum facerent, timere tamen coegisti, et regni fines ut intrepidus ita invictus vindicasti. ibit haec res in historiam, rex auguste, et posteritas vix sine stupore leget. ac huius quidem felicitatis instrumentum sane magnum, vir illustris et incomparabilis Axelius ab Oxenstierna, regiae maiestatis Tuae Cancellarius, immortale regni decus; quem ut singulari illa prudentia habes Nestori prisco comparandum, ita ut etiam aetate habere olim possis voveo et opto. non Te rege, et illo tam fido ac prudenti consultore, adversi quicquam maiestatis Tuae regnis accidere possit. nec tacebo Ioannem Skytte, virum nobilissimum et amplissimum, in Grousio et Elffio, Tuae maiestati a consiliis et rationibus; quem legationibus pluribus valde clarum alii principes non ignorant, et apud nos quicunque aliquam rei publicae partem tenent. haec ut omnia maiestati Tuae gratularer, vis fortunae Tuae expressit et pronus quoque in rem publicam nostram animus; cui tam impense faves, ut cum a regnis maiestatis Tuae abis, non invenias cui favere magis possis. hinc foedus illud cum illustrissimis ac potentissimis Belgii foederati ordinibus nuper ictum. hinc et quod ex illa gente virum magnificum et amplissimum Iacobum Dyckium elegisti, cuius consiliis prudentissimis in maximis tot regnorum negotiis utereris; cuiusque fide ac virtutibus praestantissimis exploratis in legatione non una ad Galliae ac Britanniae reges, tandem hic loci apud eos quos dixi ordines legati ordinarii munus sustinere voluisti. neque hoc satis. Ianum Rutgersium inter prima

patriae ingenia consiliarii dignitate exornasti, ut animum maiestatis Tuae in gentem ac rem publicam nostram propensissimum etiam isto modo ostenderes. nemo igitur posthac mirabitur, si ingenia patriae nostrae, rex auguste, studia sua votaque omnia maiestati Tuae consecrent. ego certe mihi id faciendum putavi; eoque nomine ad regiae Tuae benignitatis aram sisto Constantinum huno Manassem, historicum minime contemnendum, maxime in re Byzantina. confidere ausim veniam huic audaciae fore cum a maiestatis Tuae in literas favore, tum ab ea, quam praedicavi, in gentem nostram benignitate. concludam voto, rex auguste. deus ille optimus maximus, regum regnorumque arbiter, regiam maiestatem Tuam quam diutissime incolumem servet, ad nominis sui sanctissimi gloriam, subditorum utilitatem et hostium terrorem. Lugduni Batavorum, a. d. 6 Kalend. Mart. 1616.

Regiae Maiestati Tuae

humillime devotus

IOANNES MEURSIUS.

LECTORI IO. MEURSIUS.

Non te multis morabor, lector. Constantinum eu Manassem, pridem tibi a me promissum et per occupationes dilatum. descripsi ex codice bibliothecae Palatinae, cui iam auctores aliqnot antea non editos mecum debes. versio, quam addidi, est Ioannis Leunclavii, viri clarissimi et de re publica literaria praeclare meriti editis tot monumentis quibus antea carebamus. ad Graecum textum notas ego pauculas adieci, quibus loca minus integra restituerem. nam ut diffunderem me et historiam cum historia compararem, non est visum operae pretium. contentus fui ipsum Manassem repraesentare. vale, et, quisquis es, aeternitatem cogita.

IMMANUELIS BEKKERI

PRAEFATIO.

Constantini Manassis summarium historiae metricum primi ediderunt Ioannes Leunclavius et Ioannes Meursius, alter Latine versum, alter etiam Graecum. sed neque ille aut exemplarium ab Ioanne Sambuco acceptorum aut Italici sui lectiones ad communem notitiam prodidit, neque hic Palatinum suum cum Leunclavio contulit. Fabrotus autem, qui Parisiensi editioni praefuit, cum codices haberet tres, unum a Leone Allatio excerptum, duo Regios, quae ii bona ferebant, non ad poetam emendandum supplendumve rettulit, sed textui Meursiano quamvis corrupto et hiulco ita subiunxit ut ne

ordinem quidem ubique commodum servaret. hanc ego molem indigestam augere codices novos conquirendo nolui: usuine aptare possem volui tentare.

Scrib. Berolini idibus Octobr. a. 1836.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΜΑΝΑΣΣΗ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗ

ΔΙΑ ΣΤΙΧΩΝ.

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΜΑΝΑΣΣΗ
ΣΥΝΟΨΙΣ ΧΡΟΝΙΚΗ,
ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΚΟΣΜΟΠΟΙΙΑΣ
ΜΕΧΡΙ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΟΤΑΝΕΙΑΤΟΥ.*)

Ἡ μὲν φιλόϋλος ψυχὴ ταῖς ὕλαις ἐπιχάσκει, P 1
καὶ πάντα πραγματεύεται πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ πόθου·
σὺ δέ, ψυχὴ βασίλισσα καὶ φιλολογωτάτη,
ἀεὶ διψῶσα γνώσεως καὶ λόγου καὶ παιδείας,
βίβλοις ἀεὶ προστέτηκας, ἐπεντρυφᾷς τοῖς λόγοις,
καὶ γίνεταί σοι τῆς ζωῆς ἅπας ὁ χρόνος λόγος.

*) alibi τοῦ φιλοσόφου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Μανασσῆ σύνοψις ἱστορικὴ διὰ στίχων, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τὴν ἀρχὴν ποιουμένη καὶ διήκουσα μέχρι τῆς βασιλείας κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου. ἐξεφωνήθη δὲ πρὸς τὴν σεβαστοκρατόρισσαν Εἰρήνην τὴν νύμφην τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ σὺν τῷ αὐταδέλφῳ αὐτοῦ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ. 2 τυχὸν A i. e. codex Leonis Allatii. 5 τὸ κάλλος R i. e. alter codicum Regiorum a Fabroto collatorum.

CONSTANTINI MANASSIS
COMPENDIUM CHRONICUM,
AB EXORDIO MUNDI
USQUE AD NICEPHORUM BOTANIATEM,
IO. LEUNCLAVIO INTERPRETE.

Ut cupidus rerum terrestrium animus iis ipsis inhiat, et omnem lapidem movet, quo potiri suo desiderio possit, ita tu, domina, regio animo praedita et eruditae doctrinae studiosissima, semper aliquid cognoscere ac percipere gestiens libris incumbis, ex scriptis eruditorum voluptatem

ἐπεὶ γοῦν ἐπεπόθησας οἷα τροφίμη λόγου
B εὐσύνοπτόν σοι καὶ σαφῆ γραφὴν ἐκπονηθῆναι,
τρανῶς ἀναδιδάσκουσαν τὰς ἀρχαιολογίας,
καὶ τίνες ἦρξαν ἀπ' ἀρχῆς καὶ μέχρι τοῦ προῆλθον
καὶ τίνων ἐβασίλευσαν, ἐτῶν δὲ μέχρις πόσων,
ἡμεῖς ἀναδεξόμεθα τὸ βάρος τοῦ καμάτου,
κἂν δυσχερὲς κἂν ἐπαχθὲς τὸ πρᾶγμα, κἂν ἐργῶδες·
παραμυθοῦνται γὰρ ἡμῶν τοὺς ἐν τοῖς λόγοις μόχθους
αἱ μεγαλοδωρίαι σου καὶ τὸ φιλότιμόν σου,
καὶ τὸν τοῦ κόπου καύσωνα καὶ τῆς ταλαιπωρίας
αἱ δωρεαὶ δροσίζουσι κενούμεναι συχνάκις.
Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθά μοι καὶ μέχρι τούτου στήτω,
P 2 μή πως κολακικώτερος δόξῃ τισὶν ὁ λόγος,
καὶ τὸν σκοπὸν καταλιπὼν ἄλλην ἀκούσῃ τρέχειν.
πολλῶν ἱστορησάντων δὲ καὶ χρονογραφησάντων,
καὶ σπουδασάντων μὲν εἰπεῖν ὀρθῶς καὶ φιλαλήθως,
ἀλλήλοις ἀνομοίως δὲ ταῦτα συγγραψαμένων,
ἡμεῖς προχειρισάμενοι τοὺς μάλιστα δοκοῦντας
τῆς ἀκριβείας ἔχεσθαι καὶ μᾶλλον ἀληθεύειν,
τὸ κατὰ δύναμιν ἡμῶν ἀποπληρώσομέν σοι.
Ὁ τοῦ θεοῦ παντέλειος καὶ κοσμοκτίστωρ λόγος
τὸν οὐρανὸν τὸν ἄναστρον παρήγαγεν ἀρχῆθεν,
ἀπλέτῳ κάλλει λάμποντα μαρμαρυγῶν ἐνθέων,

10 add ARR, quanquam aut hoc aut 11 facile careas 11 τίνες M i. e. editio Meursiana καὶ μέχρις ἐτῶν A 16 κόπου R 23 ταῦτα vulgo 26 ἡμῖν A 27 παντοκτίστωρ M

percipis, totam denique vitam in disciplinis liberalibus conteris. quando igitur ut alumna doctrinae postulasti a me tuum in usum conscribi libellum perspicuum et intellectu facilem, qui clare tradat res priscis gestas saeculis, et qui ab initio potiti rerum fuerint, quo usque progressi, quibus nationibus, et quamdiu imperio praefuerint, exponat, sane onus il lud in nos recipiemus, tametsi rem nos difficilem gravem et operosam moliri non nesciamus. nam labores in perficienda commentatione nostros munificentia et liberalitas tua recreat, et aestum lassitudinis ac aerumnae munera tua crebro repetita veluti roris cuiusdam respersione mitigant.

Ac de his quidem dictum hactenus esto, ne forte comparata videatur ad adsentandum oratio, neve relicto scopo evagari alio perhibeatur. cum autem complures literis mandarint historias ac annales, et recte quidem vereque cuncta narrare conati fuerint, diversa tamen id via modoque praestiterint, nos eorum auctoritatem secuti qui accurato maxime studio usi ad veritatem accedere proxime videbuntur, exspectationi votoque tuo pro viribus satisfecimus.

Perfectus ille dei sermo, rerum opifex omnium, ab initio caelum sideribus carens, et immensa tamen venustate radiorum plane divinorum

καὶ γῆν τὴν παντοθρέπτειραν, καὶ σὺν αὐτῇ τὸ φάος.
ἡ γῆ δ' ἀπερικόσμητος ἀόρατος ὑπῆρχε,
καὶ σκότος ἐπεκάθητο βαθὺ τοῖς ταύτης νώτοις. B
τοῦ δὲ φωτὸς αὐγάσαντος καὶ πανταχοῦ χυθέντος,
καὶ λευκοπέπλου λαμπραυγοῦς ἡμέρας γενομένης,
ὤφθη τὰ πρὶν ἀθέατα, καὶ σκότους ἡ στυγνότης
ἐφυγαδεύθη τῷ πυρσῷ τῶν φωτοβολημάτων.
ἐν τούτοις οὖν παρέδραμε τῶν ἡμερῶν ἡ πρώτη.
Τοῦ δὲ βλεφάρου λάμψαντος ἡμέρας τῆς δευτέρας
τὸν οὐρανὸν τὸν δεύτερον ἐσφαίρωσε πανσόφως,
ὃν τοῖς ἐν γῇ παντοστεγῆ δημιουργήσας στέγην
ὠνόμασε στερέωμα θεὸς ὁ καλλιτέχνης,
παρὰ τὴν πρώτην ἄναστρον ἑτέραν ὄντα σφαῖραν.
τότε καὶ τὴν παντόχυτον φύσιν τὴν ὑδατίαν
καὶ τὰς ἀβύσσους διελὼν, καὶ τούτων τὸ μὲν ἄνω C
πρὸς ὕψος ἀνεννόητον κούφως μετεωρίσας,
τὸ δ' ἐπὶ γῆς ἀπολιπὼν, ἔστησε τούτων μέσον
τὸν οὐρανὸν ὥσπερ φραγμόν, ὥσπερ στερρὸν τειχίον.
Κόρη μὲν οὖν ἐπέμνεν ἡμέρας τῆς δευτέρας,
καὶ τρίτη πάλιν ηὔγαζε, καὶ πάλιν ὁ τεχνίτης
ὁ παντοτέκτων ὁ σοφὸς ἄλλοις προσεῖχεν ἔργοις.
ἐπεὶ γὰρ ἐξεκέχυτο κατὰ τῆς γῆς ἁπάσης
ὁπόσον ἦν ὑπ' οὐρανὸν ὕδωρ περιπολεῦον,

31 *ἀνόρατος* A 32 *ἐπεκάθετο* libri 34 *καὶ λαμπρᾶς* R 35 *κάλλους* MR 37 *δὲ* R 38 *δὲ φωτὸς αὖ* R 42 *ἕτερον* AR 43 *τὴν ὑδατείαν* R, *τῶν ὑδατίων* A 48 *ἐπέκυεν* A 50 *προσεῖχε λόγοις* R 52 *ὑπουράνιον ἦν λελειμμένον ὕδωρ* A cum RR i. e. Regio utroque

fulgens, una cum terra et luce condidit. erat autem id temporis tellus omnis ornatus expers, et cerni non poterat, incumbentibus illi crassissimis tenebris. at ubi lux orta se passim diffunderet ac dies exstitisset, quae prius erant inadspectabilia, cerni coeperunt, et tristis illa caligo per radios lucidos expulsa fuit. hoc modo primus dies effluxit.

Hinc altero illucescente caelum secundum in orbem globumque solerter redegit, quod universis terrenis rebus ceu tectum quoddam obductum, opifex ipse firmamentum appellavit, diversum omnino a priore siderum experte globo. tunc et fluxam aquarum naturam et abyssos a se invicem separavit, ac partim quidem sursum ad sublimitatem mentis intelligentia nequaquam comprehensibilem subvexit, partim in terra reliquit, utrisque caelo, tanquam septo muroque solido, interiecto.

Ita die secundo praeterlapso certius effulsit; quo rursus opifex ille sapiens aliis condendis intentus erat. nam quia super universam terram omnis infera liberaque aqua diffusa superficiem eius quasi restagnando

καὶ πᾶν τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἐκάλυπτε λιμνάζον,
πᾶσαν τὴν χύσιν εἰς ταὐτὸ συνήγαγεν ἀθρόως,
ὡς εἴ τις γάλακτος λευκοῦ νοτίδα γλυκυχύμου
ὀπῷ συμπήξει καὶ τυροῦ κύκλον ἀποτορνεύσει.
ἀπορραγέντος τοιγαροῦν τοῦ πρὶν ἐπιπροσθοῦντος
D ὤφθη τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ἡ μόρφωσις ἐφάνη
καὶ τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρῶν καὶ λόφων βαθυκρήμνων.
ἐντεῦθεν τὸ μὲν σύστημα σύμπαν τὸ τῶν ὑδάτων
θάλασσαν κατωνόμασε· τῆς δὲ ξηρᾶς τὴν φύσιν,
ὁπόση πετροστοίβαστος, ὅση λιπαροβώλαξ,
γῆν ὁ τεχνίτης κέκληκε θεὸς ὁ παντεργάτης.
τὴν δ' ὑπερφέρουσαν αὐτῷ δύναμιν ἐμφανίζων,
μήπω λαμψάσης τῆς αὐγῆς τοῦ γίγαντος ἡλίου
παντοδαπὴν ἐκέλευσε βοτάνην ἐκφυῆναι,
τὴν μὲν πρὸς μόνην ἡδονὴν καὶ τέρψιν τῶν βλεφάρων,
τὴν δὲ καὶ ζωοθρέμμονα καὶ τοῖς ἐν γῇ χρησίμην.
τότε τὸ πρῶτον στολισμοῖς ἡ γῆ κατηγλαΐσθη
P 3 ὑπὲρ κορίσκην τρυφερὰν ἄρτι νυμφευομένην,
χρυσιοφόρον, στίλβουσαν πέπλοις καταμαργάροις.
ἔλαμπεν ἴον εὔοσμον, ἀντέλαμπε τὸ ῥόδον.
ἴων χροιὰ παντοδαπὴ πάντοθεν ὑπεγέλα,
κυαναυγής, πορφύρεος, ὑπόκιρρος ἑτέρα.
τινὰ μὲν περιπόρφυρα τῶν ῥόδων ἑωρᾶτο,
τινὰ δ' ὑπελευκαίνετο καὶ γλύκιον ἀντηύγει.
ἦν κρῖνον χιονόχροον, ἦσαν ἀναγαλλίδες.

53 τῆς γῆς R 55 νοτίδος R 56 συμπῆξαι A, συμμίξει R 59 ὀρῶν καὶ τῶν πετρῶν AM 64 δὲ A αὐτοῦ AR 76 γλύκυμον A

tegebat, repente liquidam hanc naturam non aliter coëgit, ac si quis lac coaguli vi constringens caseum ex eo conficiat. in hunc modum ea re detracta quae prius terrae quasi luminibus officiebat, superficies eius atque forma conspecta fuit, una cum rupibus montibus et praeruptis collibus. inde totum illud aquarum corpus et compagem mare nuncupavit; siccam vero naturam, sive lapideam sive glebosam, terram appellavit. simul eximiam vim potestatemque suam declarans, tametsi necdum solis splendor exsisteret, omnis generis herbam nihilominus e terra provenire iussit, partim solius voluptatis et oculorum delectationis causa, partim ad animalium pastum et terram incolentium utilitatem. tunc primum terra suis est ornamentis condecorata splendidius quam puella tenera primumque viro desponsa, quae auro et unionibus intertexta veste fulget. renidebant venustae violae diversorum colorum, nimirum aliae purpureae, aliae subfulvae; itidem aliae rosae purpureae conspiciebantur, aliae subalbi coloris. nec nivea deerant lilia nec anagallides nec hya-

ὑάκινθος ἀνέβαινεν, ἦν καὶ ναρκίσσου κάλλος
καὶ πᾶν τὸ πρωτοφόρημα τῶν ἔαρος χαρίτων.
ἀπεραυδοῦντο στάχυες βαρούμενοι τῷ σίτῳ.
εἷρπε κισσὸς μελάμφυλλος κορύμβους ἐπισείων. B
καλὰ τὰ πάντα, δροσερά, κάλλους αὐγὰς πλουτοῦντα
καὶ γῆν εὐωδιάζοντα συγκράτοις εὐοδμίαις.
ἔστρωτο πόα μαλακή, πρασίζουσα, βουθρέμμων,
ἱπποφορβὸς καὶ βουκολίς, δροσώδης, λειμωνία.
τοιοῦτον στόλιον ἡ γῆ παντόχροον ἐφόρει,
τοιοῦτον πέπλον εὐανθὲς εὐύφαντον ηὐτύχει.
ἦσαν καὶ φάλαγγες φυτῶν, ἀνέτελλον καὶ δένδρων
καλλίφυλλοι καλλίκομοι κλῶνες ὀπωροφόροι.
ἦν καὶ μηλέας εὐαυξὴς ὅρπηξ ἀγλαοκάρπου,
ἐλαῖαι τηλεθόωσαι, γλυκάζουσαι συκέαι,
πίτυς λιπαροστέλεχος, ἐλάτη, δρῦς, πτελέα.
προσέβαλλε τῆς πίτυος ἄνεμος τοῖς πετάλοις,
καὶ γλύκιον ψιθύρισμα τοῖς φύλλοις ἐνεποίει.
ἐκεῖ καὶ κέρασος καλὴ καὶ φοῖνιξ μελιτόεις, C
βοτρυομήτωρ ἄμπελος, ὄρχατοι κληματίδων,
καὶ βότρυς νεκταρόχυμος ἤρτητο τῶν κλημάτων.
τὰ πάντα τελειόκαρπα, παντέλεια τὰ πάντα·
οὐδὲν γὰρ ἀχαρίτωτον οὐδ' ἀτελὲς παρήχθη.
  Ἐν τούτοις ἔδυ καὶ τὸ φῶς ἡμέρας τῆς τριτάτης,
ἔλαμπε δὲ τὸ πρόσωπον τῆς μετ' αὐτὴν ἡμέρας,

80 ὑπεραυδοῦντο R φόρτῳ A 82 αὐγῆς A πληροῦντα M 84 δροσίζουσα M 88 ἀνέθαλλον M 90 εὐεξὴς M, εὐανθὴς R, εὐανθοῦς R 96 ὄρχαμοι R

cinthus nec narcissus, nec quicquam eorum omnium primo quae vere proveniunt. spicas erat cernere quasi striatas et onustas frumento: hedera serpebat nigris praedita foliis, corymbos quatiens. omnia perpulchra rorida splendida erant, terramque temperatis odoribus fragrantem reddebant. herba passim mollis ac viridis humi strata boum, equorum, animalium ceterorum usibus serviebat. praeter huiusmodi telluris ornatum quasique vestem elegantissimam, aderat etiam plantarum copia, ramique arborum venustis onusti foliis atque fructibus. erat videre pulchram cerasum, melleam palmam, fecundam malum, florentes olivas, dulcescentes ficos, pinus pingues, abietes, quercus, ulmos. ventus in ramos pineos delatus suavissimum quoddam murmur in foliis efficiebat. erat cernere vitem racemorum matrem, et palmitum ordines. uva succum nectareum continens palmitibus adhaerebat. omnia fructus maturos habebant, omnia perfecta erant. non exstabat quippiam expers gratiae venustatisque suae, non quicquam imperfectum.

Secundum haec diei tertii lux occidit, et quartus post eum exortus

καὶ πάλιν ἔργων καταρχή, καὶ κέλευσις τοῦ κτίστου
τὸν οὐρανὸν εὐστέφανον τοῖς ἀστράσι γενέσθαι.
τότε τῶν ἄστρων οὐρανὸς τῷ κάλλει διηνθίσθη
ὡς πέπλος μαργαρόστρωτος, χρυσόπαστον ὡς φᾶρος,
ὡς ὕφασμα κοσμούμενον ἐκ πυρραζόντων λίθων.
τότε τὸ πρῶτον ἔφαυσεν ἡ κόρη τῆς ἡμέρας,
D *ὁ μέγας γίγας ἥλιος, ὁ ζωοτρόφος λύχνος,*
πηγὴ φωτὸς ἀκένωτος, οἶκος πυρὸς ἀξύλου.
τότε τὸ πρῶτον δᾳδουχεῖν ἀπήρξατο τὴν νύκτα
σελήνης ἡ γλαυκόφωτος καὶ φαεσφόρος σφαῖρα,
ἀρτίκυκλος, ὁλοφαής, λιπαραυγής, τελεία.
τότε τὸ πρῶτον οὐρανὸς ἀστέρας τοὺς μεγάλους
καλλισφαιρώτους ἔβλεψεν ἐρίζοντας ἀλλήλοις
καὶ καλλωπίζοντας αὐτὸν ὡς ἄνθη τοὺς λειμῶνας.
ὁ Κρόνος ἦν μελάντερος, μολίβδινος τὴν χρόαν·
ἔλαμπε Ζεὺς ὡς ἄργυρος, Ἄρης φλογώδης ὦπτο·
ἔστιλβεν ἥλιος λαμπρὸν ὡς ὄβρυζον χρυσίον·
ἀντηύγει δ᾽ ὡς κασσίτηρος σφαῖρα τῆς Ἀφροδίτης·
ὡσεὶ χαλκὸς ἐρυθραυγὴς Ἑρμῆς ἐλαμπτηρούχει·
P 4 *διαφανὴς ὡς ὕελος ηὔγαζεν ἡ σελήνη.*
οὕτως ὁ πέπλος οὐρανοῦ παντόχρους ἑωρᾶτο.
ὁ Κρόνος ἐκυάνιζεν ὡς ὑακίνθου χρόα·
ὡς κρῖνον ἔλαμπεν ὁ Ζεύς, Ἄρης καθάπερ ἴον·

102 *ἀπαρχὴ* R   105 *ὡς φᾶρος*] *ἐφάνη* R   109 *οἶκος φωτὸς ἀξύλου* R, *οὐκ ἐκ πυρὸς οὐ ξύλου* R   111 *σελήνη* AR   112 *ἀρτ.* — *τελεία* om R   114 *καλλιστερώτους* R   116 *θέαν* R   118 *λαμπρὸς* AR   *ὄβρυζον* Meursius: codices enim *εὔραιζον* vel *εὔριον*   120 *ἐλαμπηρούχει* AR   123 *κρόνος μὲν* R

est. Itaque rursus opera iussaque sua deus instituit, mandans ut caelum stellis quasi corona quadam cingeretur. quapropter illud siderum pulchritudine fuit exornatum, instar pepli margaritis distincti, vestis auro intertextae, panni lucidis gemmis decorati. tunc primum illuxit ocellus ille diei sol, magnus ille gigas, lucerna vitam nutriens, fons lucis inexhaustus, ignis materiei expertis domicilium. tunc primum face quasi quadam caeruleus ille globus lunae, integro lucens circulo, noctem collustrare coepit. tunc primum denique in caelo erat videre sidera magna, pulchris orbibus inclusa, secum invicem certantia, caelum ipsum sic exornantia ut pratis flores ornamento sunt. Saturnus nigricabat colore plumbeo; Iuppiter sicut argentum splendebat; Mars flammeus conspiciebatur; Sol instar auri puri puti lucebat; Mercurius instar aeris rubebat: luna in morem glaciei pellucida suam et ipsa lucem emittebat. ita diversi coloris peplo caelum obductum cernebatur. Saturnus caeruleus erat, qualis hyacinthi color est; Iuppiter ut lilium splendebat, Mars

ὡς ῥόδον περιπόρφυρον ἥλιος ἦν χρυσίζων·
ὡς λευκανθὴς ἀναγαλλὶς ἔστιλβεν ἑωσφόρος·
ὡς ἄνθος ἐρυθρόβαπτον Ἑρμῆς ἐφωτοβόλει·
νάρκισσος καλλιπέταλος ἐφαίνετο σελήνη.
τοιαύτη τις ἀνθόχροια τὸν οὐρανὸν ἐκόσμει·
τοιαύτη τις ἐφίζανε τοῖς οὐρανοῦ προσώποις
ποικιλανθὴς χαρίεσσα καλλιλαμπὴς τερπνότης,
καὶ κῆπον ἀστροφύτευτον τὸν οὐρανὸν ἐποίει,
οὗ φυτοσκάφος ὁ θεός, ὡς δὲ φυτὰ καὶ βλάσται, B
ὡς ἄνθη μυριόχροα τὰ τῶν ἀστέρων σέλα.
τότε τὸ πρῶτον ἥλιος φαύσας καὶ φωταυγήσας,
φανείς τε κόσμος οὐρανοῦ καὶ κάλλος τῆς ἡμέρας,
ἐδούλευσε κελεύσματι τῷ τοῦ πεποιηκότος
καὶ μύσας συνετέλεσεν ἡμέραν τὴν τετάρτην.
Οὕτω μὲν οὖν τετέλεστο τὰ κατὰ τοὺς ἀστέρας,
καὶ τέτακτο μὲν ἥλιος ἀστὴρ ἡμεροκράτωρ,
τὸ δὲ σελήνης βλέφαρον ἐπύρσευσε τὴν νύκτα.
ζῷον δ' οὐδὲν ἐν τοῖς τῆς γῆς ἐστρέφετο πλατείαις,
οὐχ ὑγροπόρον, οὐ πεζόν, ἀλλ' οὐδ' ἀεροδρόμον.
ἀλλ' ὁ παντέλειος θεὸς τῇ τῶν ὑδάτων φύσει
ἰσχὺν ἐνθεὶς ψυχώτριαν καὶ δύναμιν γονίμην,
ζῶσαν ψυχὴν ἐκέλευσεν ἐκεῖθεν ἐκραγῆναι C
ὡς ἐκ γαστρὸς ἀρτιμελὲς ἔμβρυον ὠδινούσης
καὶ φορτουμένης τοκετῷ τελειομήνου βρέφους·

128 καλλιπέτηλος A 133 φυτηκόμος R 136 κάλλος οὐρανοῦ καὶ κόσμος M 142 ἐτρέφετο λαγόσιν M 143 ἀεροπόρον AMR 144 φύσει τῶν ὑδάτων R

ut viola, sol aureus ut rosa purpurea, Lucifer ut albi floris, Mercurius ut tinctus rubedine flos, luna ut pulchris conspicuus foliis narcissus, eiusmodi quaedam varietas caelum exornabat, et tam florida, tam elegans, tam splendida iucunditas in caeli spectaculo semet offerebat, efficiens hortum ex eo sideribus consitum, cuius ipse deus auctor et cultor erat, ipsae siderum faces plantas, germina, flores infiniti prope coloris referebant. tunc primum sol fulgens et lucem suam emittens, conspectusque tanquam ornamentum caeli et diei pulchritudo, illius imperio servilt a quo conditus fuerat, et oculo quasi clauso diem quartum absolvit.

Sic igitur sidera perfecta fuerunt, ac sol quidem ordinatus est velut imperator diei, luna vero tanquam noctis collustratrix. necdum in amplis terrae spatiis animal quoddam versabatur quod vel aquam penetraret vel pedes incederet vel aëra permearet. enimvero perficiens ille cuncta deus aquarum naturae indita vi animante ac facultate procreatrice, iussit ut anima inde viva scateret, tanquam fetus recens e parturiente, iamque

ὡς σπέρμα γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ κέλευσις ἐμπεσοῦσα
τὰς ὑγροχεύμονας ῥοὰς ἐποίει πολυγόνους.
ἐντεῦθεν τανυπτέρυγες ὄρνεις ἀεροβάται
εἶχον ἐλεύθερον πτερὸν εἰς πετασμοὺς συντόνους,
καὶ κούφως ἠλαφρίζοντο πρὸς λιμνασμοὺς ἀέρος,
περιρροιζοῦντες τὰς αὐτοῦ χύσεις τὰς λεπτοχύτους.
οἱ μὲν μεγαλοπτέρυγες, μεγαλαγκυλοχεῖλαι,
γαμψώνυχες, ὡς βέλεμνα τοὺς ὄνυχας αἰχοῦντες,
τομὸν τὸ ῥάμφος ἔχοντες ὑπὲρ τὰς μαχαιρίδας,
οἷς ἔμελλε βρωματισμὸς τὰ κρέα χρηματίζειν
D καὶ σύντροφα γενήσεσθαι τὰ τῆς σαρκοβορίας,
ὀρνεοκράτωρ ἀετός, ἵρηκες ὠμοφάγοι,
καὶ πάντες οἷς οὐ χρήσιμον τὸ πῦρ σαρκοφαγοῦσι.
ἐντεῦθεν δὲ στρουθάρια λάλα, βοτανηφάγα,
μικρόπτερα, βραχύβια ποικίλως ἐλαλάγουν
καὶ λόχμαις ἐτιτύβιζον καὶ δένδρα περιήχουν,
ἀκανθυλλίδες μουσουργοί, κόρυδοι, σπῖνοι, ψᾶρες,
καὶ πᾶν πτερὸν τὰς τῶν ἀγρῶν βοτάνας περιθέον
κἀκεῖθεν ἀπραγμάτευτον ὄψον ἁβρὸν συλλέγον.
τότε καὶ θῆρες ἐπὶ γῆς ὤφθησαν φρικαλέοι,
λέοντες λασιαύχενες, ἄρκοι, παρδάλεις, τίγρεις,
καὶ κάπροι χαυλιόδοντες, εὐρύστερνος ἐλέφας,
καὶ κύνες καρχαρόδοντες, πτηνόποδες λαγῖναι,
P 5 καὶ πᾶν πτηνὸν καὶ πᾶν πεζόν, ὅσον ἐν χερσοβίοις,

149 ἐκπεσοῦσα A 153 λικνασμοὺς A 156 καμψώνυχες AM 157 τὸ μὲν MR, οἱ μὲν R 166 ἐπιθέον R 167 ὄψον συλλέγον ὤπτο R 170 κάπριοι AR, omissa καί 172 ὑδρο-βίοις R, ὑγροβίοις AM

partu infantis absoluti onerato ventre. nam dei mandatum veluti semen quoddam incidens aquas admodum fecundas reddebat. hinc ortae volucres aëra libero volatu permeantes, quarum aliae magnis sunt alis praeditae et aduncis unguibus, quos armorum nactae sunt loco; aliae rostrum habent acutius novacula, quibus scilicet carnes pro cibis sunt destinatae; quarum e genere sunt aquila volucrum imperatrix, crudivori accipitres, aves ceterae, quaecunque non coctis vescuntur. hinc et aviculae garrulae, herbis victitantes, alis exiguis praeditae, vitae brevis, vario cantillabant, in lustris garriebant, arbores perstrepebant, nimirum musicae carduelcs, alaudae, spinni, sturni, aliaeque volucres omnes quae agrorum herbas circumvolitant et victum inde facilem conquirunt. tunc etiam in terra bestiae conspectae sunt horribiles, leones hirsutas ac villosas cervices habentes, ursi, pardalides, tigrides, apri bronci, elephas lato pectore, canes dentibus serratis instructi, veloces lepores: omnes denique tam volatiles quam pedestres bestiae, quae vel in amnibus vel mari

ὅσον θαλάσσῃ σύμφυλον, ὅσον ὀρεσινόμον.
τοσῶνδε ζῴων τὴν ὑγρὰν πληρώσας καὶ τὴν χέρσον
ὁ πάνσοφος ὀροφωτὴς τῆς παγκοσμίου στέγης,
ναὶ μὴν τὸν ἀχειρόκλωστον χιτῶνα, τὸν ἀέρα,
ὃν θείων ἐμηρύσαντο δακτύλων λεπτουργίαι,
ὡς πόλιν ὀχυρόπυργον πλατεῖαν ἐφαπλώσας
τοῖς σαρκοβόροις πετεινοῖς καὶ τοῖς βοτανηφάγοις,
ἡμέρας συνετέλεσε τὸ δρόμημα τῆς πέμπτης.
Ἕκτη δὲ πάλιν ηὔγαζεν ἡμέρα, ῥοδεόχρους,
καὶ κήπευμα καλλίδενδρον θεὸς ἐφυτοκόμει,
οὐ σκαφευτρίαις ἐν χερσίν, οὐδὲ γεωμαχούσαις,
οὐδὲ παλάμαις φυτουργοῖς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μόνῳ.
καὶ δένδρον πᾶν ἀνέτελλε καλλίβλαστον ἐκεῖσε, B
εὔοσμον, εὐσκιόφυλλον, εὐπέταλον, ἡδύπνουν.
τίς δ' ἂν τὸ κάλλος τοῦ Ἐδὲμ ὑπ' ὄψιν παραστήσῃ;
ἐκεῖθεν ὄρχατοι φυτῶν ἦσαν ὀπωροφόρων,
ἐνταῦθα φάλαγξ εὐωδῶν δενδράδων ἀειβλάστων·
ἐκεῖθεν νεκταρόχυμος ἀνέτελλεν ὀπώρα,
ὧδε πρὸς τέρψιν ἔθαλλον οὐρανομήκη δένδρα,
πλάτανος ὑδατότροφος, ἀκρότομος ἐλάτη,
ὑπερηρμέναι πίτυες, κυπάριττοι, πτελέαι.
τὰ πέταλα συνέπιπτον ἀλλήλοις τῶν δενδρέων,
οἱ κλῶνες προσεπέλαζον, συνῄεσαν οἱ πτόρθοι.
ἐῴκεσαν αὐτόχρημα τῶν δένδρων αἱ φυλλάδες

175 ὀροφοιτής R 177 ἐτεκτήναντο R 179 βοτανοφάγοις R 186 εὔκοσμον A 187 οὖν A παραστήσοι A 188 ὀπωροφόροι A 189 ἐντεῦθεν R δένδρων ἀειβλαστούντων R 195 συνεπέλαζον R

vel montibus degunt. tot animalibus cum terras et aquas et aëra complesset deus, eum inquam aëra quem vesti manibus haud elaboratae consimilem suis ipse digitis opere subtili contexuit, iamque velut urbem quandam munitam et amplam carnivoris ac herbivoris animalibus et volucribus aperuisset, dies quintus cursum suum absolvit.

Cum sextus autem appetiisset, hortum pulcherrimis arboribus insignem deus condidit, non fodiendo, non terram colendo, non conserendo, sed verbo et sermone solo; cuius imperio quaevis eo loco proveniebant arbores suaviter redolentes, umbriferae, virescentes. quisnam, obsecro, venustatem Edenis possit oculis subiicere? istic arborum fructiferarum ordines erant, hic plantarum fragrantium non exigua copia: rursus ab alia parte caelum aequantes arbores voluptatis causa conditae florebant, platanus irrigua, sublimis abies, excelsae pinus, cupressi, ulmi. rami arborum mutuo se contingebant, et folia sese velut amabili complexu excipere videbantur. etiam fructus dulcissimi proveniebant, sole in arbo-

C ἀλλήλας ἀγκαλίζεσθαι περιπλοκαῖς φιλτέραις.
ἥλιος ἐπεμάρμαιρε, καὶ τοῖς φυτοῖς ἐμπίπτων
διέρρει κάτωθεν αὐτῶν ἠρέμα καὶ σποράδην,
εἰς ὅσον τὸ συνηρεφὲς ἠνέῳκτο τῶν φύλλων.
ἔλαμπον ῥόδων καλλοναί, κρίνων ἀντηύγει χρόα·
ἄκεντρα δ' ἦν ἀνάκανθα τὰ ῥόδα τηνικαῦτα.
ὁπόσον περιπόρφυρον καὶ λευκαυγὲς ἐν ῥόδοις,
ὡς ἄστρον ἀκτινοβολοῦν ἀνέτελλε χαμόθεν.
ὧδε τῆς γῆς τὸ πρόσωπον ἐπράσιζε ταῖς πόαις,
ἐκεῖθεν ἐκυάνιζεν, ἄλλοθεν ὑπεγέλα.
ταῖς δροσοστάκτοις τῶν ἀνθῶν παντοδαπαῖς εὐχροίαις
Ζέφυρος ἁπαλόπνοος ἐπέπνει πανταχόθεν,
καὶ τῶν ἀνθέων τῆς ὀσμῆς ἐπλήρου τὸν ἀέρα.
D ἐν μέσοις τούτοις τῆς ζωῆς τὸ δένδρον ἐβλαστήκει,
ταῖς χάρισι κατάκομον, καλλίφυλλον, ὡραῖον.
ὑδατομήτωρ δὲ πηγὴ κάτωθεν ἀνερρώγει,
καὶ τὸ καλλίδενδρον Ἐδὲμ ἐπότιζε χωρίον,
καὶ τῶν φυτῶν ἐκήπευε τὰς ῥίζας καὶ τοὺς πρέμνους,
καὶ τῶν ἀνθῶν τοὺς ἁπαλοὺς ἐμόσχευεν ὀρχάτους.
ἐκεῖθεν δὲ πρὸς τέσσαρας ἀρχὰς διαιρουμένη
γίνεται μήτηρ ποταμῶν τῶν μεγαλοχευμόνων.
οἱ ποταμοὶ δὲ τῇ φωνῇ καὶ γλώσσῃ τῇ τῶν Σύρων
Φεισὼν καλοῦνται καὶ Γεών, Φορὰδ ἐν τούτοις τρίτος,
τέταρτός ἐστιν Ἐδδεκέλ, κατὰ δ' Ἑλλάδα γλῶσσαν
Γάγγης καὶ Νεῖλος ὁ πολύς, Εὐφράτης τε καὶ Τίγρης.

197 ἀλλήλοις ARR 198 συμπίπτων R 199 σποράσιν RR 200 ὁπόσων RR ἀνέωκτο RR 207 παθῶν RR 212 ὑδατομήτηρ ARR ἀνεραύγα R 219 φεισὰν A 220 γλῶτταν RR

res incidente ac sensim per rimas foliorum penetrante. fulgebant passim rosae cum liliis; et quidem eo tempore spinis rosae tam purpureae quam albae radiantis sideris instar e terra germinantes carebant. hic terrae superficies viridi gramine ornata erat, illic herbae non purpureae tantum sed variorum quoque colorum conspiciebantur. undiquaque lenis ille favonius afflabat et aëra florum fragrantia complebat. inter haec omnia vitae lignum germinabat, ornatum singulari gratia, pulchris foliis et fructibus. ac fons aquam emittens e terra profluebat, arboreumque locum Edenis irrigabat, plantarum radices ac stipites aqua sua potans, itemque florum teneros ordines fovens. postea quattuor in principia divisus fit amplissimorum fluminum parens. ea vero flumina lingua Syrorum vocantur Phison et Geon et Phorad et Eddekel, Graecorum autem lingua Ganges, Nilus, Euphrates, Tigris. et Ganges quidem ambit terrae

καὶ Γάγγης μὲν περιπολεῖ γῆς Εὐϊλὰτ τοὺς ὅρους
(ἐκεῖ χρυσὸς εὑρίσκεται καὶ λίθος ὁ πρασίζων, P 6
ὁ δὲ χρυσὸς ἀκίβδηλος καὶ στίλβων καὶ πυρράζων),
ὁ Νεῖλος δ' ὁ λευκόρειθρος κυκλοῖ τὴν Αἰθιόπων,
καὶ τὰς λιπαροβώλακας ἀρούρας Αἰγυπτίων
εὐτρόφοις ἄρδει ῥεύμασι καὶ τίθησιν εὐκάρπους.
ὁ Τίγρις δὲ φερόμενος ὡς βέλος μετὰ ῥοίζου,
καὶ καχλασμοὺς ἀποτελῶν καὶ ῥόθους βαρυδούπους,
τῶν σχοινισμάτων ἔναντι γῆς Ἀσσυρίων τρέχει.
Τοιόνδε σκήνωμα τερπνὸν φυτεύσας καὶ δενδρώσας
ἔπλασε καὶ τὸν ἄνθρωπον παντοεργοῖς παλάμαις
ἐκ χωματίνου καὶ λυπροῦ καὶ πηλοφύρτου βάρους·
πνοὴν δ' ἐνθέμενος ζωῆς τῷ γεηρῷ σαρκίῳ,
καὶ τέλειον τὸν ἄνθρωπον ἔμπνουν δημιουργήσας, B
καὶ σύνθετον ἀπὸ ψυχῆς καὶ σώματος ποιήσας,
καὶ χάριν δωρησάμενος ἐθελορμήτου γνώμης,
καὶ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ πλάσας καὶ κατ' εἰκόνα,
ἐγκατοικίζει τῆς Ἐδὲμ τῷ καλλιφύτῳ χώρῳ
ὡς ἐν θαλάμῳ μάργαρον, ἄλλον ἐν κόσμῳ κόσμον,
μικρὸν μὲν τὸ φαινόμενον ὡς ἐν μεγέθους ὄγκῳ,
τῇ δέ γε τιμιότητι κρείττω πολλῷ τοῦ κόσμου.
τοῦτον Ἀδὰμ ὡς ἐκ πυρροῦ χώματος πεπλασμένον
ὁ τῆς πηλίνης κεραμεὺς ὠνόμασεν οὐσίας.
καὶ θέμενος τοῦ τῆς Ἐδὲμ κάλλους πρωτοπολίτην

224 om M 232 *παντοεργαῖς* A, *παντουργικαῖς* RR 237 *γνώμην χαρισάμενος* AM

Evilatae fines, ubi reperitur aurum et viridi colore lapis. aurum ipsum nativum est, splendidum, rutilans. Nilus autem albifluus Aethiopum terram cingit, et pingues Aegyptiorum agros fecundis aquis irrigat redditque fructiferos. Tigris tanquam telum quoddam cum strepitu ruens, efficiensque sonos ac gyros horrisonos, e regione finium terrae Assyriorum currit.

Tam iucundum tabernaculum cum exstruxisset ac arboribus ornasset, finxit et hominem manibus omnia perficientibus, de pulvisculo misero et ex luto commisto pondere. cumque terrenae illi carunculae vitae spiritum indidisset, perfectumque hominem et spiraculo praeditum condidisset, ex animo et corpore compositum, donatum voluntate spontanea, suam ad similitudinem imaginemque formatum, incolam eum facit Edenis, loci pulchris arboribus consiti, quasi collocans marmor in thalamo et allum in mundo mundum, parvum quidem illum, quod magnitudinem attinebat, sed pretio longe mundo ipso praestantiorem. hunc ex rubro pulvere formatum Adamum appellavit figulus ille naturae luteae. cumque collocasset eum in pulchro Edene primum civem, iussit

ἐκ πάντων ὀπωροφαγεῖν ἐκέλευσε τῶν δένδρων,
C τῷ δὲ φυτῷ τῆς γνώσεως μὴ χεῖρας ἐπιβάλλειν.
τότε καὶ πᾶν χειρόηθες καὶ πᾶν ἡμερονόμον
καὶ πᾶν ἐκτοπιζόμενον εἰς λόχμας πολυξύλους
ἤγαγε ζῷον πρὸς Ἀδάμ, πεζόν, αἰθεροπόρον,
ὡς σχοῖεν κλήσεις παρ' αὐτοῦ ταῖς φύσεσι προσφόρους.
ἤγετο λέων δαφοινὸς χαιτήεις ταυρολέτωρ,
ἄρκτοι βλοσυροβλέφαροι, παντόστικτοι παρδάλεις,
ἔλαφος ποικιλόδερμος, δασύκερκος ἀλώπηξ,
ἐλέφας εὐρυμέτωπος, τὴν προνομαίαν σείων,
δασύπους κολοβόκερκος, κερατοπλήκτωρ ταῦρος·
ἤγετο πέρδιξ ἐρυθρὸς τοὺς πόδας καὶ τὸ ῥάμφος.
οἱ ψᾶρες οἱ μελάμπτεροι τὸ πτίλον ἐπεσόβουν
καὶ χαλαζώματά τινα λευκότητος ἐφόρουν.
D τὸ κάλλος ἐπεδείκνυτο ταὼς ὁ χρυσοπτέρυξ.
ἔλαμπε βάμμασι πολλοῖς, ἐχρύσιζε τὸ πτίλον,
ἔστιλβεν ἁλουργόχροον ἐν τῷ ταῶνι χρῶμα·
ἐπήνθει μέσον καὶ χρυσὸς ὡς ὀφθαλμὸς μαρμαίρων,
καὶ κῆπον πτεροφύτευτον εἰργάζετο τὸ ζῷον.
ἐκύκλουν πάντα τὸν Ἀδὰμ ὥσπερ δεσπότην δοῦλοι·
ἐθώπευον ὑπέτρεχον ἔσαινον τὸν γενάρχην.
ὁ δὲ κατέψα ταῖς χερσὶ τὰ δύσμαχα θηρία
ὡς ἀρτιτόκους νεαροὺς ἄρνας γαλακτοφάγους,

248 ἡμερωμένον RR 250 αἰθεροδρόμον RR 251 προσφέρειν RR 252 τῇ χαίτῃ R 259 ἐμφαίνων R, ἐμφέρον M 265 ἐκύκλου AM 266 ἐθώπευσεν ὑπέτρεχεν ἔσαινε AMR 268 ἀρτιτρόφους R γαλακτοτρόφους R

ut fructibus omnium arborum vesceretur: modo arbori cognitionis manus non admoveret. tunc et mansuetum quodlibet animal, quamlibet item belluam, quae evagatur in silvosa latibula, deduxit ad Adamum, quicquid pedes incedit et in caelo volat, ut acciperent appellationes ab ipso naturis consentaneas. adducebatur cruentus iubatus tauri necator leo, ursi torvum tuentes, pardi maculosi, cervus pelle varia, caudata vulpecula, elephas fronte lata, proboscidem quatiens, lepus mutilata cauda, cornibus feriens taurus. adducebatur perdix, habens et pedes et rostrum rubrum, cum sturnuis alas habentibus nigras, qui peunas quatiebant et albas notas instar grandinis ferebant. pulchritudinem suam ostentabat pavo, alas habens aureas: lucebat coloribus multis, et aurum in plumis referebat. fulgebatque in eodem et purpureus color, auro intersperso, splendentis instar oculi. cingebant Adamum omnia, sicut mancipia dominum: adulabantur, accurabant, uostri generis auctori blandiebantur. ille vero demulcebat manibus inexpugnabiles bestias tanquam

καὶ τοὺς ἐκ τούτων οὐδαμῶς ὑπέτρεμε κινδύνους·
ἡ γὰρ σοβὰς καὶ πονηρὰ καὶ θερμουργὸς κακία
οὐδέπω κατεχόρευσε καρδίας τῆς ἐκείνου.
οὕτως οὐδὲν τῆς ἀπαθοῦς ψυχῆς καταχαυχᾶται,
οὐ θήρ, οὐ πῦρ, οὐ ποταμοῦ μεγαλοδούπου θράσος. P 7
ἂν βασιλεύῃς τῶν παθῶν, ἂν ἁμαρτίας ἄρχῃς,
καὶ βασιλίσκων καὶ δεινῶν σκορπίων ἐπιβήσῃ,
καὶ ταπεινώσεις λέοντα, καὶ τίγριν ἡμερώσεις.
Ἐν τούτοις ὕπνωσεν Ἀδάμ, ἀλλὰ πικρίας ὕπνον,
ὕπνον ἀρχὴν καταστροφῆς καὶ παντολέθρου φθόρου.
ἥψατο τούτου τῆς πλευρᾶς καθεύδοντος ὁ κτίστης,
ἔλαβε ταύτην, ἔπλασεν ἐντεῦθεν τὴν γυναῖκα.
Ἀδὰμ δ' ὁ χωματόπλαστος, ὁ πρῶτος ἐν ἀνθρώποις,
Εὔας τῆς παντομήτορος γέγονε πλευροπάτωρ.
ἔνδοθεν οὖν τοῦ τῆς τρυφῆς χώρου διέζων ἄμφω
ὡς ἄσαρκοι, μὴ φέροντες φροντίδας φιλοΰλους,
ὡς μηδὲ περικείμενοι σώματος ὅλως βάρος. B
ἀμφοῖν δὲ τούτοιν ὁ θεὸς πάλιν ἐνομοθέτει.
"ὦ γηγενεῖς καὶ τῆς Ἐδὲμ ταύτης πρωτοπολῖται,
ἅπαντα ταῦτα τῆς ὑμῶν χάριν παρῆκται χρείας·
πρὸς τὴν ὑμῶν ἀπόλαυσιν πάντα δενδροκομεῖτε.
ἁπάντων οὖν κορέννυσθε, πάντων κατατρυφᾶτε.
τοῦτο δὲ μόνον βλαβερὸν τῆς γνώσεως τὸ ξύλον·

269 κονδύλους A 273 οὐ πῦρ οὐ θήρ R 280 ἐκ ταύτης A 282 πρωτομήτορος RR 283 ἔνδον μὲν R 288 χάριν τῆς ὑμῶν R 291 καὶ ARR

recens editos agnos, qui lacte vescuntur; neque quicquam ab ipsis periculi formidsbat: nam procax mala et audax vitiositas nondum in ipsius corde locum habebat. sic nihil est quod in animum affectionum expertem ius habeat: non ignis, non fera, non flumen impetuosum. si rex eris affectionum animi peccatique dominus, super basiliscos et truculentas feras incedes, leonem humiliabis, mansuefacies tigrim.

Secundum haec Adamus somno acerbissimo sopitus est, somno qui fuit initium eversionis et omnia perdentis invidiae. costam eius dormientis attigit ipse conditor: accepit hanc; formavit inde mulierem. itaque de pulvere conditus Adamus, homo ille princeps, Evae matris primae pater respectu costae factus est. vivebant ambo in deliciarum praedio, ut infecundi, qui rerum crassarum studio nullo tangerentur, quique corporis nullo pondere gravati essent. utrisque vero legem praescripsit deus. "o terra" inquit "editi, et huius Edenis primi cives, haec omnia vestrae utilitatis causa producta sunt. vestrae fruitionis gratia fructus arbores ferunt. itaque satiamini omnibus, ex omnibus delicias quaerite. modo perniciosum hoc cognitionis lignum, solum, in-

τοῦτο καὶ μόνον φεύγοιτε, τούτου μὴ ψαύσητέ μοι.
ἡ ψαῦσις φέρει τὴν φθοράν, καὶ τὴν χολὴν ἡ γεῦσις.
ἂν τούτου μόνου γεύσησθε, πτῶμα πεσεῖσθε μέγα·
πικρῶς γὰρ ὀπωροδοτεῖ καὶ θάνατον ἐκφύει.
ἂν τοῦτό μοι φυλάξησθε, φεύξησθε κέντρον πότμου
C *καὶ πλατυσμὸν κερδάνησθε ζωῆς ἀκαταλύτου."*
Ἦν ταῦτα, καὶ πεφόβηντο τὸν λόγον οἱ γενάρχαι,
τὴν ἀπειλὴν ὑπέτρεμον, ὑπέφρισσον τὸ ῥῆμα,
καὶ τὸ φυτὸν ὡς ἔχθιστον ἀπὸ ψυχῆς ἐστύγουν.
ἀλλ' ὁ Σατὰν ἐβάσκαινεν, ἔβρυχε τοὺς ὀδόντας,
ὡς ἀφριστὴς ἐθύμαινεν, ὡς ἀγριόδους κάπρος.
βλέπειν οὐκ ἔφερεν αὐτοὺς βιοῦντας ὡς ἀγγέλους.
καὶ τοίνυν ὄργανον αὐτοῦ τῆς κακομηχανίας
τὸν ὄφιν τὸν δολόμητιν καὶ σκολιὸν εὑρίσκει.
θωπεύει τὴν προμήτορα, δείκνυσι τὴν ὀπώραν,
καλὴν ἰδεῖν, ἐπέραστον, γεύσασθαι νεκταρεαν.
εἶδεν ἐκείνη τὸν καρπόν· ἦν ὁ καρπὸς ὡραῖος,
χαρίεις ἦν εἰς ὅρασιν καὶ κάλλιστος εἰς γεῦσιν.
ὑπέσαινε τὴν ὅρασιν, ἔθελγε τὴν καρδίαν,
D *ἐῴκει θελξικάρδιον γλυκυθυμίαν στάζειν.*
ἔδειξε τοῦτον ὁ Σατάν, καὶ τὸν τοῦ δόλου σκύφον
ἐπέχρισε γλυκάζοντι μέλιτι κολακείας.
εἵρπυσε δράκων ὁ δεινός, ἐσύριξεν ὑπούλως.

292 *φεύγητε* MRR 299 *ὑπέφριττον ὑπέτρεμον* R 301 *ἐβάσκηνεν* MR 302 *ἀφριστὴρ* A *ἀγριώδης* MRR 303 *αὐτοὺς οὐκ ἔφερε* M v. 307 om M 309 *καὶ κάλλιστος*] *χαρίεις ἦν* RR 310 *ἐπένευε* AM 313 *ὑπέχρισε* R, *ἐπέχριε* AMR 314 *ἥρπυζε* et *ἐσύριζεν* MR

quam, hoc fugite: ne illud mihi attigeritis. eius contactus interitum et gustus fel merum afferet. Iccirco si de hoc gustaveritis, ruetis ingentem ruinam. idem si vitaveritis, stimulum mortis effugietis et amplitudinem vitae non finiendae lucrabimini. fert enim fructum amarum et mortem ipsam."

Eveniebant haec ita: reverebantur hanc orationem auctores nostri generis; arborem istam, velut infestissimam, ex animo oderant. verum invidebat Satanas: fremebat dentibus, instar apri spumantis et efferati excandescebat: videre non poterat ut angelorum more viverent. itaque sceleratae machinationis suae instrumentum serpentem fraudulentum et tortuosum invenit. adulatur primae hominum matri: fructum demonstrat adspectu iucundum, gustatu suavem, nectareum. intuetur fructum illa, qui maturus erat, gratus adspectui, bonus ad vescendum. arridebat is oculis, cor demulcebat: videbatur dulcedinem quandam cordi gratam stillare. ostendit et Satanas eis poculum fraudis, atque illud dulci assentationis melle inunxit. serpebat ille draco ingeniosus, sibilabat molliter.

"ἂν τούτου γεύσησθέ" φησι "τοῦ καλλικάρπου ξύλου,
ἂν μόνον προσενέγκητε στόματι τὴν ὀπώραν,
κύκλοι διανοιγήσονται βλεφάρων ὑμετέρων,
καὶ χρηματίσετε θεοί, καὶ γνώσεσθε τὰ πάντα."
ἤκουσε τούτων ἡ γυνή, προσέσχε τῇ θωπείᾳ,
ἡττήθη τοῦ γλυκάζοντος, ἡττήθη τῶν χαρίτων,
αἳ τοῦ καρποῦ τὸ πρόσωπον ἠγλάϊζον τῷ κάλλει.
ἔλαβεν, ἀπεγεύσατο, δέδωκε τῷ συννόμῳ.
ἔφαγον ἄμφω τοῦ καρποῦ, μετέσχον τῆς ὀπώρας,
παρήκουσαν τῆς ἐντολῆς, ἔφαγον ἐκ τοῦ ξύλου, P 8
καὶ παρὰ πόδας τὸ κακὸν αὐτοῖς ἐπηκολούθει.
ἠνοίγησαν τὰ βλέφαρα, κατεῖδον τὴν αἰσχύνην,
ἐπέγνων τὴν γυμνότητα καὶ τὴν ἀσχημοσύνην.
ἐντεῦθεν ὑπεδύοντο τὰς βαθυσκίους λόχμας,
ἐπέτρεχον τὰ λάσια καὶ τὰ πυκνὰ τῶν δένδρων,
ἔρραψαν περιζώματα φύλλων ἐκ παχυφύλλων,
ὑπὸ φυτὸν κατέφυγον, ἔδραμον ὑπὸ σκέπην,
χανεῖν αὐτοῖς ἐπηύχοντο τὴν γῆν πλατὺ τὸ στόμα.
ἐπέγνω ταῦθ' ὁ φυτουργὸς τῶν εὐκηπεύτων δένδρων,
ἐπέστη δραπετεύουσι τοῖς ἀρχηγοῖς τοῦ γένους,
ὠνείδισε τὴν ἄγνοιαν, ἐκάκισε τὴν πλάνην,
καὶ τί μακρὰ λογολεσχεῖν; ἀπήλασεν ἐκεῖθεν,
ἐκόλασεν ἐργώδεσι βαρείαις ἐργατείαις. B
τὴν γῆν τὴν ζωοθρέπτειραν ἠπείλησεν ἐκφύειν

325 αὐτοῖς εὐθὺς ἐπ. R 326 ἠνοίχθησαν R 331 κατέδραμον ἔφυγον R 333 πλαστουργὸς ARR 334 δραπετεύσασι RR 335 ἄνοιαν RR 336 cf. v. 1169.

si de hoc, ait, ligno pulchrum habente fructum gustaveritis, si modo fructum eius ori admoveritis, orbes oculorum vestrorum aperientur, eritisque dii et cuncta cognoscetis. audiit haec mulier: animum assentationi advertit, victa est per dulcitudinem, victa propter elegantiam. transgressa est interdictum, edit de ligno, sumpsit ex eo, gustavit, coniugi dedit. ambo de fructu comederunt, eiusque participes facti sunt. sed mox ipsos malum comitabatur: aperti sunt eis oculi, viderunt turpitudinem, nuditatem dedecusque suum agnoverunt. hinc subibant umbrosas latebras, currebant sub densas ac frequentes arbores, obligacula de crassis foliis consuebant, sub arborem confugiebant et sub tegmen. optabant ut terra ipsos ore lato dehisceret, ac prius eos vivos reciperet quam morerentur. animadvertit hoc consitor ille pulchrarum arborum: accessit ad fugientes nostri generis auctores, exprobravit dementiam, errorem est insectatus. quid multis verbis opus est? abegit illos inde, multavitque laboriosis ac gravibus operis, minatus terram, animalium altricem, producturam spinas pungentes ac tribulos stimulis acutis prae-

ἄκανθαν κνίζουσαν αὐτοῖς, τριβόλους ὀξυκέντρους.
ὠδῖνας ἐπηράσατο δριμείας μογοστόκους
Εὔᾳ τῇ πρωτομήτορι τῇ πρωτοπαθησάσῃ.
Καὶ τοίνυν ὁ ταλάντατος καὶ δύσποτμος γενάρχης,
ἀπελαθῆναι δυσκλεῶς ἐκεῖθεν δυστυχήσας,
κατῴκησεν ἀπέναντι τοῦ τῆς τρυφῆς χωρίου.
καὶ δερματίνην ἐνδυθεὶς σαρκὸς ἀντιτυπίαν
καὶ γνοὺς τὴν Εὔαν ἐμπαθῶς Ἀβὲλ γεννᾷ καὶ Κάϊν.
καὶ Κάϊν μὲν αὐλακισμοῖς προσεῖχε πεδιάδων
καὶ τὰς ἀρούρας ἔσπευδε ποιεῖν ταυροπολεύτους,
C *ὁ δ' Ἀβὲλ ὁ νεώτερος ποιμαντικὴν μετῄει.*
προσῆξεν οὖν ἑκάτερος τὰς ἀπαρχὰς τῶν πόνων.
καὶ τοῦ μὲν Ἀβὲλ ὁ θεὸς προσήκατο τὰ δῶρα
ὡς προσενέγκαντος ὀρθῶς καὶ τεθεραπευκότος,
τοῖς δὲ δωροφορήμασι τοῦ Κάϊν οὐ προσέσχε.
τὸ πρόσωπον συνέπεσεν ἐντεῦθεν τὸ τοῦ Κάϊν.
τὸν Ἀβὲλ ὑπεβλέπετο βλεφάροις μισαδέλφοις,
καὶ τῷ μηδὲν πικράναντι μηδὲ λελυπηκότι
ἐπενεγκεῖν ἐσκέπτετο παλάμας φονευτρίας·
τὴν γὰρ τοῦ φθόνου κάμινον βρέμουσαν εἶχεν ἔνδον.
τοῦτο καὶ δὴ τετόλμηκε, φεῦ ἀπανθρώπου γνώμης!
καὶ τοὺς θεσμοὺς οὐκ αἰδεσθεὶς οὓς αἰδοῦνται καὶ θῆρες,
τὸν ἀδελφὸν παρέπεμψε ταῖς τοῦ θανάτου γνάθοις.
D *ὀργίλως εἶδεν ὁ θεὸς εἰς τὸν ἀδελφοκτόνον,*

339 *αὐτοὺς τριβόλοις ὀξυκέντροις* M   345 *ἐντιθεὶς* RR
357 *παλάμαις φονευτρίαις* A   358 *ἔχων* M   362 *ὀργίλον* MRR

ditos. parturigines imprecatus est graves ac difficiles Evae matri primae, quae illas princeps est experta.

Quamobrem calamitosissimus et miser ille generis auctor, cum adverso casu illinc expulsus esset, habitavit e regione fundi deliciarum, ac pellicea veste indutus, quae figura carnis erat. Evaque cognita non sine vitiositate Abelum Cainumque genuit. Cainus agrorum culturae intentus erat et terram magno studio boum opera invertebat, Abelus autem iunior pastoriciam exercebat. itaque singuli deo laborum primitias offerebant; qui Abeli quidem acceptabat munera veluti qui recte illa obtulisset ac debito cultu: verum iis quae Cainus offerebat animum non advertebat. ex ea re factum ut Cainus vultum suum demitteret Abelumque fratrem oculis infestis adspectaret. denique illi, qui nulla re ipsum laeserat, afferre manus parricidiales cogitabat. etenim in corde caminum invidiae ferventem habebat. atque hoc quidem etiam ausus est facere. o mentem inhumanam! non reveritus ea vincula quae belluae reverentur, fratrem intra mortis mandibulas demisit. deus autem fratricidam

ἀραῖς ὑπέβαλεν αὐτὸν ταῖς παλαμναιοτάταις.
ἐντεῦθεν Κάϊν ἐλασθεὶς τῆς πρώτης παροικίας
καὶ γῆν πολλὴν ἐπιδραμὼν ἔπηξε τὰς αὐλαίας
ἔνθα καλὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνου κατεφάνη,
καὶ πρῶτος ἐπενόησε πόλεις ὀχυροπύργους.
νηχύτου γενομένου δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων
ὁδίταις ἐπετίθετο, λῃστείαις ἐπεχείρει,
ἐσκύλευε, διήρπαζεν, ἔχραινε χεῖρας φόνοις.
Ὡς δ' εἶχον ἀπαράκλητον τὸ πένθος οἱ γενάρχαι,
ἐκ παλαμῶν φονοεργῶν Ἀβὲλ ἀπολωλότος,
τὸν Σὴθ αὐτοῖς τὸν δίκαιον θεὸς ἀντιδωρεῖται,
ὃς ἔθηκεν ὀνόματα τοῖς οὐρανίοις ἄστροις.
Ἐντεῦθεν ὡς βαθύρριζον δένδρον ἡ θνητὴ φύσις P 9
εἰς πληθυσμὸν καὶ πλατυσμὸν ἐληλακυῖα πλείω
εἰς πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἦν διασπειρομένη,
καὶ πάντῃ περιτρέχουσα πᾶσαν ἐπλήρου χθόνα.
ἐκκυλισθεῖσα δὲ λοιπὸν εἰς παρανόμους πράξεις
εἰς πᾶν ἐφέρετο κακὸν ὡς ἵππος εἰς πεδίον,
ὡς εἰς τὸ καταντὲς τροχός, κατὰ πρανοῦς ὡς ὕδωρ,
ἕως εἰς βύθρον δυσσεβοῦς πλάνης καταρραγεῖσα
θεοποιεῖν κατήρξατο καὶ σέβειν τὰ στοιχεῖα
καὶ τὴν τιμὴν ἀντὶ θεοῦ τοῖς κτίσμασι προσφέρειν.
Ἦν δέ τις Νῶε δίκαιος ἐν τοῖς τοῦ Σὴθ ἐγγόνοις,
ἔνατος ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου.

376 **πλέον RR** 381 **καταπρανὴς M, καταπρανῶς ARR**

iracunde aspexit, eumque subiecit exsecrationibus maxime diris. secundum id Cainus a sedibus primis eiectus, cum magnam terrae partem pervagatus esset, tabernacula fixit ubi commodum maxime ipsi videbatur, primusque munitas turribus civitates excogitavit. cum autem genus humanum valde diffusum esset, viatores Cainus aggrediebatur, latrociniis intentus erat, praedas agebat, caedibus inquinabat manus.

Interim cum generis auctores luctu afficerentur inconsolabili, Abelo perdito per manus parricidiales, deus eis iustum illum Sethum vicissim donat, qui nomina caelestibus astris imposuit.

Hinc mortalium natura, tanquam arbor altas radices agens, magis atque magis aucta et amplificata, omnia circumcursitans totam terram replebat, perque superficiem eius omnem dispersa erat. verum deinceps exorbitans ad improba facinora, quodvis ad malum, velut equus in campum, ferebatur, quasique rota praeceps per declivia ruens in aquas, donec ad imum erroris impii gradum prolapsa divos coepit facere ac elementa colere creatisque honorem dei loco deferre.

Erat autem iustus quidam vir Noa, de Sethi posteritate, nonus ex

B ὃς μετιὼν τῆς ἀρετῆς τὴν ἐννομοπραγίαν,
καὶ τὴν κακίαν ἐκ ψυχῆς ἀποστυγῶν καὶ φεύγων,
τοὺς φαυλουργοὺς καὶ δυσσεβεῖς ἔσπευδε σωφρονίζειν.
ἐπεὶ δ' οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς τῶν φαύλων ἀποσχέσθαι,
μετέστη μὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἔνθα τὸ πρῶτον ἔφυ,
μέτοικος δὲ γενόμενος ἀλλοδαποῖς ἐν ὅροις
τὴν ὑμνουμένην κιβωτὸν ὡρίσθη τεκτονῆσαι
καὶ ζῷον ἅπαν ἐν αὐτῇ χερσόϋγρον ἐγκλεῖσαι,
ὡς σπέρμα χρηματίσαιεν καὶ ζώπυρον τοῦ γένους.
ἐπείσθη Νῶε τῷ θεῷ, τὸ κελευσθὲν ἐποίει,
ξυλοστεγὲς εἰργάζετο τῆς κιβωτοῦ τὸ κύτος,
μυρίους ἔνδον ἑλιγμοὺς λαβυρινθώδεις φέρον.
καὶ Νῶε μὲν ἐνέθετο τῇ κιβωτῷ τὰ ζῷα,
C ποντογενῆ, χερσογενῆ, πτηνά, πεζοποροῦντα·
ὁ δὲ θεὸς τὰ στέγαστρα τῶν οὐρανῶν ἀνοίξας
ὅλας ἐκεῖθεν ὑετῶν κατήγαγε θαλάσσας,
ἐκάλυψε τὰς κορυφὰς τῶν βαθυκρήμνων λόφων,
ἔκρυψε γῆς τὸ πρόσωπον, ἐκάλυψεν ἀρούρας.
τὸ πᾶν ὁμοῦ συγκέχυτο, κεκοίνωτο τὰ πάντα.
ἦσαν ὑδατοπόντιστα τῶν δένδρων τὰ στελέχη,
τοῖς ὑψιλόφοις ὄρεσιν ἐπέλαζον ἰχθύες.
ὁ λέων ὑδατόκλυστος, ὁ θύννος ἐν τῇ χέρσῳ,
ἅπαν ὑδατοφόρητον ἦν τηνικαῦτα ζῷον,
ἀεροδρόμον, χέρσυγρον, εὔπτερον, πεζοπόρον.
καὶ πάντα συμποντούμενα τοῖς βαθυρρόθοις ὄμβροις

410 πεζεδρόμον M

Adami semine, qui primus fuerat conditus. is virtutis et legitimarum actienum studiosus, cum odie vitia toto pectore haberet ae fugeret, improbe agentes et impies cerrigere conabatur. ubi vere persuadere nen poterat ut a sceleribus abstinerent, translatus est de terra, in qua prius erat natus, factusque aliis in finibus inquilinus celerem illam arcam iussus est exstruere, ac in illam animal emne terrenum et aquatile includere, ut generis sui semen ac femes quidam esset. obediit Noa deo, quod imperatum erat faciebat, lignis arcae capacitatem exstruebat; quae interius habebat infinitos amfractus, labyrinthe censimiles. deinde Nea impenebat in arcam omnis generis animalia, terrena volucria pedestria. deus autem adapertis caelerum tectis tota inde pluviarum maria demisit; abscondidit vertices praecipitium cellium, eccultavit terrae superficiem, abdidit arva. universa et confusa erant et cemmista. immersi aquis erant arberum trunci: pisces ad mentes usque sublimes accedebant; lee mergebatur aquis; thynnus erat in terra. emne animal in aqua tum ferebatur, sive aera permearet sive terram, sive volaret sive incederet. emnia ob-

ἐν ὕδασιν ἀπέπνεον, οἰκτρῶς ἀπενεκροῦντο,
καὶ τοῖς ὑγροῖς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐναπεφύσων. D
ἁπλῶς εἰπεῖν, ὡς ἐν βραχεῖ, καθάπερ ὑπὸ σκότους
πάλιν τῆς γῆς τὸ πρόσωπον ἀόρατον κατέστη,
τὸ τοῦ φωτὸς πρωτόγονον πάλιν ἐκράτει χάος,
καὶ πάλιν ὑδατόλουτος ἡ ζωοθρέμμων χέρσος.
καὶ θῆρες μὲν ἐφέροντο νεκροὶ πελαγωθέντες·
ἀνθρώπων δὲ πηλογενῶν ἡ πᾶσα γεναρχία
ἄσπετον ὕδωρ σπάσασα καὶ καταποντωθεῖσα,
ὡς πλοῖον ὑγροκέλευθον, ὡς θαλασσόπλουν σκάφος,
κόνις ἐπέπλεε κωφὴ τὰ τῶν ὑδάτων νῶτα.
Νῶε δὲ μόνος ὑποδὺς τὴν ζῳοφόρον στέγην
ὡς ναύτης ἀθαλάττευτος ἔνδον ἐναυστολεῖτο,
σπέρμα τοῦ γένους ἐν μικρῷ τῷ ξύλῳ διασώζων, P 10
οὐ κώπας ἐπαγόμενος, οὐ κάλωας, οὐ λαίφη.
τῷ Νῶε δὲ συνέπλεον υἱοὶ καὶ θυγατέρες,
γυνή, γυναῖκες τῶν υἱῶν, νυμφίοι θυγατέρων.
ἦσαν δὲ κλήσεις τοῖς υἱοῖς Σὴμ τε καὶ Χὰμ Ἰάφεθ.
ὡς δ᾽ ὑπελώφησεν ἡ πρὶν καταφορὰ τῶν ὄμβρων
καὶ πάλιν ὤφθησαν αἱ πρὶν κλυσθεῖσαι πεδιάδες,
ἐξέθορε τῆς κιβωτοῦ σὺν τοῖς παισὶν ὁ Νῶε,
καὶ ζῷον πᾶν ταυτοστεγὲς τῷ Νῶε συνεξῄει.
καὶ πάλιν κόσμος δεύτερος, πάλιν γενάρχης ἄλλος,
καὶ πάλιν ἅπασα ψυχὴ πρὸς αὔξην ἐπεδίδου.

415 ἀνόρατον A 433 ταυτογενὲς RR

ruebantur ab impetuosis pluviis, et in aquis animas exspirabant misereque mortem obibant. ut simpliciter et breviter dicam, tanquam sub tenebris rursum terrae facies abdita conspici desiit: rursum chaos illud invalescebat antiquius luce; rursum aquis altrix animalium terra mersabatur. bestiae ferebantur mortuae marique obrutae. hominum genus illud priscum, ortum ex luto, immensam aquam cum hausisset ac mersum esset, tanquam navis aquas penetrans, ut navigans mari scapha, ut levis quidam pulvis, super aquarum terga natabat, et multis pluviarum reciprocis fluctibus agitabatur. Noa vero solus tectum illud salutiferum ingressus instar securi nautae in eo navigabat, semen humani generis exiguo in ligno conservans, neque remos adhibens ullos nec ulla vela. cum ipso filii filiaeque navigabant, itemque uxor et uxores filiorum et filiarum sponsi. et filiis erant haec nomina, Semus Chamus Iaphetus. posteaquam vero cessit ac remisit pristinus ille pluviarum impetus, rursumque conspecti sunt prius ab aquis operti campi, exsiliit de arca cum liberis suis Noa, et omne animal eadem contectum una cum ipso exiit. iamque mundus hic alter erat, alter generis princeps: rursum omnis incrementum anima sumebat.



Thracia, alius in Paphlagonia; alium Asia consecuta est: Ptolemaeus solus Aegyptum in potestatem suam redegit. inde rursus imperii principium habuit Aegyptus. hunc blandis aspexit oculis fortuna. itaque cum alias regiones tum Palaestinam peragravit, et magnam vim auri opumque nactus est. quo factum ut ii qui post ipsum Aegypto imperarunt, fortunam ac gloriam eius expetentes, vocari omnes ab ipso Ptolemaei voluerint. cum autem primus ille Ptolemaeus mortuus esset, Ptolemaeum cognomento Philadelphum principem Aegyptus habuit, qui regum primus ex Alexandria multorum librorum matrem fecit. infinitos enim libros aiunt ipsum collegisse, ad quater nimirum centena milia. verum nihil erat, uti videtur, in vita durabile, non opes, non regium imperium, non potentia. nam praeter alios Aegypti principes, cum etiam Cleopatra regina facta esset, manu ei Romana imperium est ademptum, postquam Augustus Caesar eam cepisset. ex eo tempore defluxerunt Aegypti sceptra, quae ad

ἐν ἔτεσιν ἀνθήσαντα καὶ πρὸς ἀκμὴν ἐλθόντα
τοῖς ὅλοις ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς διακοσίοις.
οὐ μόνην δὲ τὴν Αἴγυπτον εἷλον Ῥωμαίων χεῖρες,
ἀλλὰ καὶ σύμπασαν ὁμοῦ τὴν ὑπὸ τὴν σελήνην.
Καὶ ταῦτα μὲν ὡς δυνατὸν ἱστόρηται τῷ λόγῳ
ἐπιδρομάδην καὶ σαφῶς, ὡς ἐμαυτὸν συμπείθω·
προσῆκον δ' ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ τέχνης οὐχὶ πόρρω,
ἐπιμνησθῆναι πρὸς μικρὸν πραγμάτων Ἑλληνίων,
τὴν γλῶττάν τε χαρίσασθαι τοῖς κατὰ τοὺς Ἑβραίους.
Λιμός ποτε κατέλαβε βαρὺς τὴν Χαναναίαν,
καὶ πάντας ἐπεβόσκετο τὸ τοῦ κακοῦ πυρφόρον,
D καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις Ἰακὼβ εἶχε τὸν οἶκον πάντα.
ὁ τοίνυν θεῖος Ἰσραὴλ (οὕτω γὰρ μετεκλήθη)
τὸ μὲν ἀκούσας Ἰωσὴφ τὸν ἐκ Ῥαχὴλ τεχθέντα
ἐπιτροπεύειν Φαραὼ τὴν τῆς Αἰγύπτου χώραν,
τὸ δὲ καὶ μηχανώμενος λύσιν εὑρεῖν τοῦ πάθους,
ἔγνω λιπεῖν τὴν ἑαυτοῦ κἀκεῖ μεταναστεῦσαι.
ἀθροίσας οὖν τοὺς ἑαυτοῦ δούλους υἱοὺς ἐγγόνους,
τὰς ὅλας ἑβδομήκοντα ψυχὰς σὺν ἄλλαις πέντε,
εὐθυδρομεῖ πρὸς Αἴγυπτον, βλέπεται φιλοφρόνως
τῷ Φαραὼ τοῖς ὑπ' αὐτόν, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων πάντων
ὁ μέγας τοῦτον Ἰωσὴφ βλέπει γλυκείαις κόραις.
ἐν γῇ Γοσὲμ οἰκίζεται, χώρᾳ τῆς Ἀρραβίας.

963 ἑβδομήκοντα R 969 πράξεων R 970 γλῶτταν παρορμήσασθαι RR 973 ἦγε A, ἦρχε R 975 τὸν MRR 979 ἐκγόνους AR 981 βλέπεσθαι M 982 πρὸς AR 984 γεὲμ A, γεσὲμ R

summum pervenerant et annis totis ducentis ac nonaginta floruerant. neque tantum Romanae manus Aegyptum ceperunt, sed omnem praeterea terram lunae subiectam.

Atque haec quidem omnia narratione complexi sumus brevi ac dilucida, sicut equidem mihi persuadeo. convenire autem mihi videtur, nec artis expers esse, ut paulisper obliti rerum Graecarum loquamur de iis quae apud Hebraeos acta sunt.

Invasit aliquando fames Chananaeam gravis, eaque calamitas in omnes pariter saeviebat, ac praeter alios Iacobi familiam urgebat. itaque divinus hic Israelus (sic enim deinceps vocabatur) partim audiens Iosephum, suum e Rachele filium, praefectum Pharaonis in Aegypto esse, partim illo se malo liberare studens, decrevit relinquere patriam et illuc commigrare. quamobrem collectis suis mancipiis liberis nepotibus, qui omnes erant animae septuagintaquinque, recta pergit in Aegyptum, adspicitur amanter a Pharaone ac subditis, supraque ceteros omnes magnus ille Iosephus eum suaviter intuetur. in terram Gesem collocatur, quae erat

ἐνευπαθεῖ τοῖς ἀγαθοῖς, ψωμίζεται προσχόρως,
καὶ τὸν ὀδόντα τοῦ λιμοῦ τὸν φθαρτικὸν ἐκφεύγει. P 21
τὰ μετὰ ταῦτα τίνα δέ; θνήσκει μὲν ὁ τριγέρων,
ὁ δωδεκάπαις Ἰακὼβ, ἔσχατον γῆρας φθάσας,
καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον Ἰωσὴφ, καὶ Φαραὼ σὺν τούτοις,
ἄλλος δ᾽ ἀνίσταται πικρὸς ἄρχων τοῖς Αἰγυπτίοις.
καὶ τούτῳ κλῆσις Φαραώ· τοῖς γὰρ τῶν Αἰγυπτίων
ἄρχουσιν ἦν εἰς εὔκλειαν τὸ Φαραὼ καλεῖσθαι,
οἰκειουμένοις ἑαυτοῖς τοῦ Φαραὼ τὸ κλέος
τοῦ πρώτου χρηματίσαντος κράτορος Αἰγυπτίων,
ὡς οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ὑστέροις χρόνοις
Καίσαρας πάντας ἤθελον αὐτοὺς ἐπονομάζειν,
εἰς τὸ τοῦ πρώτου Καίσαρος τοῦ μεμοναρχηκότος
γένος εἰσάγοντες αὐτοὺς καὶ τὴν ἐκείνου τύχην.
οὗτος οὐκοῦν ὁ Φαραὼ τὸ γένος τῶν Ἑβραίων B
ὑπεραυξόμενον ὁρῶν εἰς πληθυσμὸν ἐλαύνειν
ὡς ἄνθη δένδρων εὐθαλῶν, ὡσεὶ θαλάσσης ἄμμον,
καὶ δυσμεναίνων κατ᾽ αὐτῶν ἤρτυε τούτοις δόλους.
καὶ πρῶτα μὲν ἐπέσκηπτε ταῖς μαίαις ὥστε κτείνειν
τὰ πρώτως νῦν προκύπτοντα τῶν μητρικῶν θαλάμων·
ὡς δ᾽ οὐκ ἐχώρει κατὰ νοῦν ἡ μηχανορραφία,
ἄλλην βουλὴν βουλεύεται, καὶ πλινθουργεῖν Ἑβραίους
καὶ πόλεις κτίζειν ὀχυρὰς αὐτοὺς καταναγκάζει.
ἔργον οὖν ἦν τὸ κελευσθέν· ἐμόχθουν, ἐτληπάθουν,

991 κλῆσις τούτῳ R   1000 ὑπεραυξούμενον ἰδὼν A   1008 ἔργον γοῦν A

Arabiae regio. fruitur bonis, ad satietatem pascitur, letalemque famis dentem evadit. quid inde factum? admodum senex moritur, duodecim liberum pater, cum senium extremum attigisset. moritur et Iosephus, et cum his Pharao quoque; pro quo surgit alius, imperans Aegyptiis acerbe, qui et ipse Pharao nuncupabatur. nam Aegyptiorum principibus gloriosum erat Pharaonum nomen, quod Pharaonis gloriam sibi vindicarent eius qui hoc nomine primus Aegyptiis imperarat, sicut Romanorum imperatores posterioribus saeculis omnes se Caesares appellari volebant, quod in Caesaris, qui primus rerum potitus est, familiam fortunamque se vellent insinuare. hic igitur Pharao nationem Hebraeorum valde auctam cernens, magisque adhuc crescere, florum instar qui sunt in arboribus, et instar arenae maris, infestus erga ipsos fraudes nectebat. ac primo quidem mandabat obstetricibus ut fetus primum e maternis alvis prodeuntes occiderent. haec molitio cum ex animi sententia non succederet, aliud consilium capit, et Hebraeos conficere lateres ac urbes munitas exstruere sibi cogit. dictum factum. laborabant, affligebantur, conficiebant late-

ἐπλίνθευον, εἰργάζοντο, τὰς πόλεις ᾠκοδόμουν.
C ἦσαν αὐτοῖς καὶ χαλεποὶ τῶν ἔργων ἐπιστάται·
ἐβάρυνον, ἐπέτεινον, ηὔξανον τὰς κακώσεις,
ἁπλῶς εἰπεῖν, ὥσπερ ἐχθροῖς ἐχρῶντο τοῖς δειλαίοις.
οἱ τοίνυν τληπαθέστατοι καὶ τάλανες Ἑβραῖοι
οἰκτραῖς ἐβόησαν φωναῖς πρὸς τὸν θεὸν τὸν ζῶντα,
καὶ λυτρωτὴν τῶν ἀναγκῶν ᾔτουν αὐτὸν γενέσθαι.
κάμπτεται τοίνυν ὁ θεὸς τοῖς στεναγμοῖς ἐκείνων,
βλέπει τὸν μόχθον τὸν βαρύν, οἰκτείρει, δυσωπεῖται,
καὶ πέμπει τούτοις Μωϋσῆν τὸν μέγαν, τὸν θεόπτην,
τῶν ἀναγκῶν ῥυσόμενον, κουφίσοντα τοὺς πόνους,
καὶ τῆς πικρᾶς ἐξάξοντα καὶ στυγητῆς Αἰγύπτου.
κάτεισι τοίνυν Μωϋσῆς, τῷ Φαραὼ μηνύει
τὸ κελευσθὲν ὑπὸ θεοῦ, καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας
πέμπειν ἐκεῖθεν παραινεῖ καὶ μὴ κατέχειν ἔτι.
D οὐ δυσωπεῖται Φαραὼ τοῖς λόγοις τοῦ προφήτου,
οὐ δειλιᾷ τὰς τοῦ θεοῦ παντοδυνάμους χεῖρας,
πολλάκις δ' ὑποσχόμενος ψεύδεται τοσαυτάκις,
καὶ γίνεται πολύχροος ποικίλος χαμαιλέων.
ἐντεῦθεν ἐκβιάζεται προφήτης ὁ θεόπτης,
οὕτω θεοῦ κελεύσαντος, ἐπαγαγεῖν κολάσεις.
ὁ δ' ἐχιδνώδης Φαραώ, τὸ τῆς κακίας θρέμμα,
τῶν μὲν μαστίγων αὐστηρῶς αὐτῷ προσαγομένων
ἐταπεινοῦτο, καὶ Μωσῆν ἱκέτευεν ἐκθύμως
νεῦσαι πρὸς λύσιν τοῦ δεινοῦ καὶ τοῦ τῶν πόνων βάρους,
ἐποτνιᾶτο, καὶ θεὸν κλαυθμοῖς ἐξιλεοῦτο,

res, opus faciebant, urbes exstruebant. habebant et saevos operum exactores, qui gravabant intendebant augebant afflictiones. ut simpliciter dicam, hostium loco miseros habebant. quapropter aerumnosissimi et infelices Hebraei miserabilibus deum vivum vocibus implorabant, eumque rogabant ut ab his necessitatibus eos liberaret. flectitur ergo gemitibus ipsorum deus. aspicit laborem gravem, miseretur, afficitur, Mosem mittit eis, virum magnum, dei spectatorem, qui de necessitatibus eos liberaret, laboribus levaret, ex acerba et tristi Aegypto educeret. itaque descendit Moses, indicat Pharaoni quod imperatum esset a deo, utque dimitteret Israelitas nec amplius detineret hortatur. nihil sermone vatis Pharao commovetur, non dei manus omnipotentis formidat: sed quoties id promisisset, toties fidem fallit. inde factum ut dei spectator vates de mandato divino poenas irrogare cogeretur. verum vipereus ille Pharao, alumnus improbitatis, cum acerba flagella ipsi admovebantur, abiecto erat animo, et Mosem suppliciter orabat ut ad calamitatis graviumque dolorum levationem annueret: obsecrabat etiam deum lamentisque placabat,

καὶ λύσιν ἐπηγγέλλετο βραβεῦσαι τοῖς Ἑβραίοις·
τῶν δὲ πληγῶν ἀνεθεισῶν ἐσκληροτραχηλία, P 22
ἄκαμπτος ἦν ἀνένδοτος, οὐκέτ' αὐτὸς ἐκεῖνος.
τέλος βαρείᾳ μάστιγι, πασῶν χαλεπωτέρᾳ,
τῶν πρωτοτόκων τῷ πικρῷ θανάτῳ δυσπαθήσας
ἐλευθερίαν δίδωσι τῷ γένει τῶν Ἑβραίων.
καὶ πάλιν μεταμέλεται, καὶ στρατιὰν ὁπλίσας,
ἁρματηλάτας, ἱππαστάς, ὁπλίτας, σακεσφόρους,
αὐτός τ' ἐποχησάμενος ἅρματι χρυσηλάτῳ,
ὀπίσω κατεδίωκεν ἐκείνων ὡς φυγάδων,
ὡς πάλιν πρὸς τὴν Αἴγυπτον Ἑβραίους ἀποστρέψῃ.
ἐντεῦθεν πλῆξις ἐρυθρᾶς καὶ σχίσις καινοτέρα,
καὶ τοῦ λαοῦ διαβάσις ὡς ἐπὶ μέσης χέρσου,
καὶ βυθισμὸς ταγματαρχῶν τῶν σοβαροπροσώπων B
καὶ Φαραὼ τοῦ θερμουργοῦ καὶ τολμηροκαρδίου,
καὶ τάφος ὑδατόστρωτος ὁπλιτικῆς ἰσχύος.
ἔδυσαν πάντες εἰς βυθόν, τριστάται, διφρηλάται·
ἰχθύσιν ἐχρημάτισαν τροφὴ θαλασσοβίοις·
οὐδὲ γὰρ κἂν τῆς συμφορᾶς ἄγγελος κατελείφθη.
ἐντεῦθεν ἐπινίκιοι θεῷ χοροστασίαι·
ἐμεγαλύνετο θεός, καὶ Μωϋσῆς ὑμνεῖτο.
καὶ φέγγος μὲν ἀνέτελλεν Ἑβραίοις εὐφροσύνης,
τοὺς δ' Αἰγυπτίους σκοτασμοὶ τῶν συμφορῶν ἐζόφουν.
οἱ δὲ φυγόντες Αἴγυπτον Ἰσραηλῖται τότε
ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἦσαν μυριανδρίαι,

1039 δεινῷ RR 1041 ἀθροίσας M 1056 εὐφροσύνη R, εὐφροσύνην A 1057 ὀρόφουν M

seque concessurum Hebraeis libertatem pellicebatur. at ubi plagae cessassent, homo durae cervicis erat. tandem gravi flagello ceterisque saeviore, primogenitorum videlicet morte commotus libertatem Hebraeorum nationi concedit. sed rursus eosdem ab itinere revocat, armatisque validis copiis ipse vectus aurea in quadriga persequitur abeuntes a tergo tanquam fugitivos. inde rubri maris accidit verberatio et nova inusitataque divisio, populique transitus tanquam media in terra, et superbi Pharaonis ducum demersio, armatarumque copiarum in aquis stratum sepulchrum. facti sunt esca piscibus in mari viventibus. etenim ne nuntius quidem cladis superstes fuit. hinc institutae sunt triumphales deo choreae. praedicabatur deus, ac Moses celebrabatur: Hebraeis laetitiae splendor illucescebat, cum Aegytii caligine densa opprimerentur. Israelitae autem qui id temporis ex Aegypto fugiebant, erant numero sexcenta

ἄνευ βρεφῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων ἀνιούλων.
C *ἡγεῖτο γοῦν ὁ Μωϋσῆς τοῦ πλήθους τοῦ τοσούτου,*
καὶ γογγυσμῶν ἠνείχετο τοῦ στασιώδους ὄχλου,
καὶ πικρασμοὺς τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἔφερεν εὐκαρδίως.
ἦγε δὲ τούτους Μωϋσῆς ἐρήμοις ἐν ἀβάτοις,
τοῦτο θεοῦ κελεύσαντος καὶ κρίναντος συμφέρον.
ὕδωρ ἐκ πέτρας ἔβλυζε, πτηνῶν ἔβρεχε σάρκας,
ἐμαννοδότει, καὶ τροφὴν ἐψώμιζεν ἀγγέλων,
ὡς ἀετὸς ἐσκέπαζεν ἀετιδεῖς ἀπτέρους.
ὥδευον τοίνυν ἀκλινῶς εἰς τὴν ἐπηγγελμένην,
τὴν ἀπ' Αἰγύπτου δ' ἕως γῆς ὁρίων Παλαιστίνης
ἐν ὅλοις τεσσαράκοντα τοῖς ἔτεσι διῆλθον.
καὶ πᾶν δυσκαταμάχητον ἔθνος καὶ φρικαλέον
καὶ γένος πᾶν ἀλλόφυλον καὶ πλῆρες δυσσεβείας
D *ὡς δρεπανῖται λήϊον ἐθέρισαν ῥιζόθεν.*
Ἀλλ' ὁ μὲν θεῖος Μωϋσῆς τὸν βίον ἀπολείπει,
πολὺν αὐτοῦ καταλιπὼν πόθον τοῖς ὁμοφύλοις,
καὶ νόμον δοὺς ὑπὸ θεοῦ πλαξὶν ἐγγεγραμμένον,
ὥσπερ ἀστὴρ ἡμεραυγὴς ὑπὸ τὴν γῆν ἐκρύβη.
μετὰ Μωσῆν δ' ὁ τοῦ Ναυῆ παῖς Ἰησοῦς κυροῦται
τοῦ δημαρχεῖν καὶ προστατεῖν τοῦ τῶν Ἑβραίων σμήνους.
οὗτος αὐτοῖς κληροδοτεῖ τὴν γῆν τῆς Παλαιστίνης,
ἣν ἐπηγγείλατο θεὸς προπάτορσι τοῖς θείοις,
καὶ τῶν φυλῶν ἐμέρισεν ἑκάστῃ τὸ προσῆκον,

1060 *ἀνηλίκων* M   1063 *ὑπ'* AR   1074 *ἐθέριζον* RR
1080 *προστ.*] *στρατηγεῖν* R, *βοηθεῖν* M   *γένους* ARR

virorum milia, sine feminis et infantibus et imberbibus pueris. tantae igitur multitudinis dux erat Moses, et murmurationes seditiosae turbae tolerabat, acerbitatesque profectas ab ipsis miti corde ferebat. ducebat autem eos Moses per solitudines invias et inaccessas, quemadmodum mandarat deus et expedire statuerat. aquam excussit e saxo, carnibus volucrum pluit, manna dedit eis, angelorum cibo suos pavit. sicut aquila operuit pullos implumes. proficiscebantur igitur recta in terram promissam ab Aegypto usque ad fines terrae Palaestinae. totis vero solitudinem annis quadraginta peragrarunt, omnemque nationem bellicosam ac terribilem et gentem omnem alienigenam et impietatis plenam funditus demessuerunt, ut segetem messores resecare consueverunt.

Tandem divinus ille Moses e vita migrat, magno nationi desiderio sui relicto; dataque illis lege divinitus tabulis inscripta, diurni sideris instar sub terram est occultatus. post Mosem autem Iesus Navae filius confirmatur, ut tribunus ac praefectus Hebraeorum nationis esset. hic per sortem eis terram Palaestinam distribuit, quam deus ipsorum maioribus promiserat. concessit autem singulis tribubus partem suam, ex-

ἄνευ φυλῆς τῆς τοῦ Λευί· ταύτῃ γὰρ ἀντὶ λάχους
τὰ τοῦ θεοῦ καὶ τῷ θεῷ κατεκληροδοτήθη.
οὗτος δυνάστας Χαναὰμ καὶ πάντας τοὺς προσχώρους
ῥιζῶν ἀνεῖλεν ἀπ' αὐτῶν βραχίονι μεγάλῳ. P 23
καὶ τούτου διαβάντος δὴ τὴν ἅλμην τὴν τοῦ βίου,
κριταὶ κατῆρχον τοῦ λαοῦ καὶ πάντα διεκόσμουν
μέχρις Ἠλεὶ καὶ Σαμουὴλ τοῦ προφητικωτάτου.
ἕως μὲν οὖν ἐνέμενον τοῖς νόμοις τοῖς ἐνθέοις
καὶ τὸν θεὸν ἐσέβοντο καρδίαις ἀδιστάκτοις,
ἔθνους ὑπέρτεροι παντὸς καὶ γένους ἐτηροῦντο,
καὶ κατὰ ῥοῦν ἐφέρετο τούτοις ὁ βίος ἅπας.
ἡνίκα δ' ἐξεφέροντο πρὸς εἰδωλολατρείαν
καὶ προσετίθεντο θεοῖς ἀψύχοις καὶ ματαίοις,
εὐθέως παρεδίδοντο τοῖς δυσμενέσι δοῦλοι.
μέχρι μὲν οὖν καὶ Σαμουὴλ κριταὶ τούτων κατῆρχον·
μετὰ δὲ ταῦτα βασιλεὺς αἰτήσασιν ἐδόθη B
ἀπὸ φυλῆς Βενιαμὶν Σαοὺλ τοῦ Κὶς ὁ γόνος.
καὶ μετὰ τοῦτον ὁ Δαβὶδ ὁ μέγας ἐν προφήταις
τοῦ γένους κράτωρ γίνεται, θρέμματα τότε νέμων,
καὶ καθεξῆς τρισκαίδεκα μέχρις Ἰεχονίου,
ἐφ' οὗ τὸ τρίτον ἐπελθὼν ὁ Ναβουχοδονόσορ
τὴν πόλιν ἐνεπύρισε καὶ τὸν ναὸν τὸν θεῖον,
καὶ τὸν λαὸν μετῴκισεν ἐν χώρᾳ Βαβυλῶνος.
Τοῦ δὲ Δαβὶδ κατάρξαντος ἄρτι τῶν ὁμοφύλων,

1085 καὶ τῷ] τε καὶ AR. an καὐτῇ? 1100 φυλῆς τοῦ B. M 1101 ὁ προφήτης AR 1102 νέμων τότε R 1107 κατάρχοντος AMR τότε MR ἀλλοφύλων AR

cepta Levi tribu: nam illi sortis suae loco res divinae una cum ipso deo obtigerunt. hic et principes Chananaeos et omnes finitimos, ab ipsis usque radicibus, forti brachio evulsit. cum autem et ipse vitae huius mare traiecisset, iudices populum habebant in potestate omniaque gubernabant, usque ad Eli et Samuelem vatem maximum. quam quidem diu divinis legibus constanter inhaerebant deumque cordibus non ambiguis venerabantur, quavis gente ac natione superiores erant vitamque universam ex animi sententia transigebant. quoties autem ad deastrorum cultum exorbitabant et mentem ad inanimes vanosque deos adiiciebant, statim adversariis in servitutem tradebantur. igitur usque ad Samuelem iudices imperarunt. deinceps eis rex datus est, uti petierant, Saulus Cisi filius de tribu Beniamin. post Saulum David, magnus ille vates, gentis fit princeps, dum oves pascit. successerunt ordine tredecim ad Iechoniam usque; cuius tempore cum Nabuchodonosor ter venisset, urbem cum divino templo exussit et populum in Babyloniam regionem transtulit.

Davide autem nationi suae imperante Graeci bellum adversus Troia-

ὁ πρὸς τοὺς Τρῶας πόλεμος Ἕλλησιν ἐκροτήθη,
χάριν Ἑλένης γαμετῆς οὔσης τοῦ Μενελάου.
ταύτην ἐγὼ βουλόμενος τὴν μάχην ἱστορῆσαι
C καθὼς τοῖς ἱστορήσασι γράφεται περὶ ταύτης,
καὶ μέλλων λέγειν οὐ καθὼς Ὅμηρος ἀναγράφει,
συγγνώμην ἐξαιτήσομαι παρὰ τῶν εὐγνωμόνων·
Ὅμηρος γὰρ ὁ μελιχρὸς τὴν γλῶτταν καὶ θελξίνους
μεθόδοις χρώμενος σοφαῖς οἰκονομεῖ τοὺς λόγους,
ἐνιαχοῦ δὲ τὰ πολλὰ στρέφει καὶ μεταστρέφει.
ἀλλὰ γὰρ ἤδη μοι λοιπὸν ταῦτα διηγητέον.
Τῷ Λαομέδοντος παιδὶ τῷ φυλαρχοῦντι Τρώων
Πριάμῳ σύζυγος συνῆν Ἑκάβη παῖς Κισσέως,
καὶ μήτηρ ἐχρημάτισε πολλῶν ἐκ τούτου παίδων.
ἔχουσα γοῦν κατὰ γαστρὸς καὶ πρὸς τὸ τίκτειν οὖσα
φοβήτροις ἐκτεθρόητο νυκτέρων ὀνειράτων·
βλέπειν γὰρ ἔδοξε δαλὸν φλόγεον ἀνθρακίαν
D ἐκ τῆς αἰδοῦς προκύπτοντα ταύτης, καὶ πυρπολοῦντα
τὴν πόλιν ἅπασαν ὁμοῦ καὶ τὰς τῆς Ἴδης ὕλας.
ἀκούει τοῦτο Πρίαμος, τοῖς μάντεσι κοινοῦται·
μανθάνει χρήσιμον αὐτῷ γενέσθαι καὶ τῇ πόλει,
ἂν τὸ γεννηθησόμενον θηρίοις ἐκτεθείη
ἢ τῷ πυρὶ τῷ καυστικῷ πρὸς ὄλεθρον ῥιφείη.
μετὰ μικρὸν δ' Ἀλέξανδρος ἐξέθορεν εἰς φάος,
χαρίεν βρέφος, εὐπρεπές, ἀστεῖον τῷ προσώπῳ.
ἐχρῆν μὲν οὖν τὸν Πρίαμον μελλήσαντα μηδ' ὅλως

1112 ἀντιγράφει A 1114 μὲν R 1116 τρέπει R μετατρέπει AR 1128 ἐκδοθείη R 1131 βρέφος χαρίεν R

nos moverunt, Helenae causa, quae Menelai coniunx erat. hoc bellum equidem memoriae proditurus quemadmodum ab iis describitur qui illud viderunt, adeoque dicturus ab Homero non recte descriptum esse, veniam a benevolis lectoribus postulabo. nam Homerus lingua mellitus et illecebrosus narrationes quidem suas instituit, rationibus doctis utens: verum alicubi quaedam flectit et invertit. at enim ipsa res mihi commemoranda venit.

Filio Laomedontis, Troianae gentis principi, coniunx erat Hecuba Cissei filia, multorum e marito suo liberum mater. haec cum praegnans esset ac partui vicina, nocturnorum somniorum terriculamentis percellebatur. nam videre sibi videbatur facem flammeam carbonariam prodeuntem e verendis suis et exurentem igne urbem universam una cum Idae silvis. audit hoc Priamus, cum vatibus communicat. intelligit tam sibi quam urbi utile futurum, si fetus ille feris bestiis exponatur vel ad interitum ardentem in ignem coniiciatur. paulo post Alexander in lucem prodiit, infans venustus, formosus, facie lepida. debebat hic Priamus,

εὐθὺς προκύψαν ἐκ γαστρὸς τὸ βρέφος ἀφανίσαι,
ἐξαφανίζειν παντελῶς ἅπασαν χώραν μέλλον·
ὁ δὲ τῇ φύσει νικηθεὶς φείδεται τοῦ τεχθέντος.
νομίζων δὲ σοφίσασθαι τὸ δραστικὸν τῆς τύχης,
ἄλλοις ἐκτραφησόμενον ἐκτίθησιν εἰς χῶρον
τὸν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Πάριδος Πάριον κεκλημένον. P. 24
ἔρριπτο τοίνυν ἀμελῶς. εὗρον αὐτὸ ποιμένες,
ᾠκτείρησαν, ἀνείλοντο. κήδονται τοῦ νηπίου,
καὶ βρεφικῶς ἐκτρέφουσι Πάριν ὠνομακότες.
ἤδη δ' αὐτὸν ἐγγίσαντα μειράκων ἡλικίᾳ
ὁ Πρίαμος συνέστιον αὐτὸν παραλαμβάνει,
νομίσας ὡς ἐκπέφευγε τὴν ἀπ' ἐκείνου βλάβην.
ἀλλ' ἦσαν ἀμετάκλωστα τὰ νήματα τῆς τύχης,
καὶ τὸ καθάπαξ κυρωθὲν οὐκ ἦν ἀναλυθῆναι.
ὁ γὰρ Ἀλέξανδρός τινα τῶν ὁμογνίων κτείνας,
οὐχ ἑκουσίαις μὲν ὁρμαῖς πλὴν ὅμως δράσας φόνον,
ἀπαίρει πρὸς Μενέλαον ἐκ Τροίας ἐπὶ Σπάρτην.
δέχεται τοῦτον εὐμενῶς ἐκεῖνος οἷα φίλον,
φιλοφρονεῖται, ξεναγεῖ, παντοίως δεξιοῦται. B
ἐνταῦθά σου τὸ παίγνιον, τύραννε πάντων Ἔρως,
ἐνταῦθά σου τὸ παίγνιον καὶ τὸ τῆς ἔχθρας σπέρμα,
ὅθεν ἀνῆψας λιπαρὰν κάμινον τοῦ πολέμου.
ἀποδημεῖ Μενέλαος, λείπεται Πάρις μόνος,
τὴν Μενελάου γαμετὴν κατὰ τὸν οἶκον βλέπει.
ἦν ἡ γυνὴ περικαλλής, εὔοφρυς, εὐχρουστάτη,

v. 1134 add R 1137 *χώραν* R 1138 *Πάριος* M 1141 *βρεφουργῶς* R 1156 *κλέπτει* A

nulla eius habita ratione, prodeuntem ex alvo infantem statim perdere: verum victus a natura in lucem edito parcit. cumque se putaret astutiam fortunae decepturum, exponit eum in agrum ab aliis educandum. qui ager ab ipso Paride Parius est appellatus. abiectus erat negligenter: reperitur a pastoribus: miserti sunt, tollunt, curam infantis habent, Paridemque vocatum infantum more educant. cumque iam accessisset ad annos adolescentiae, Priamus eum suas in aedes recipit, arbitratus se iam vitasse damnum ab ipso imminens. verum telae fortunae revolvi non poterant, quodque semel constitutum erat, non poterat dissolvi. nam cum Alexander cognatum quendam occidisset, non ille quidem ex animi proposito, caede tamen perpetrata, Troia Spartam ad Menelaum discedit. excipit is hominem benigne velut amicum, complectitur, omne benevolentiae genus exhibet. hic ludus tuus conspicitur, tyranne amor: hic ludus tuus et semen inimicitiae, de quo claram belli caminum excitasti. abit peregre Menelaus, Paris solus relinquitur. videt in aedibus Menelai coniugem. erat ea mulier perpulchra, venustis superciliis et colore, pulchris

εὐπάρῃος, εὐπρόσωπος, βοῶπις, χιονόχρους,
ἑλικοβλέφαρος, ἁβρά, χαρίτων γέμον ἄλσος,
λευκοβραχίων, τρυφερά, κάλλος ἄντικρυς ἔμπνουν.
τὸ πρόσωπον κατάλευκον, ἡ παρειὰ ῥοδόχρους,
C τὸ πρόσωπον ἐπίχαρι, τὸ βλέφαρον ὡραῖον,
κάλλος ἀνεπιτήδευτον, αὐτόβαπτον, αὐτόχρουν·
ἔβαπτε τὴν λευκότητα ῥοδόχροια πυρσίνη,
ὡς εἴ τις τὸν ἐλέφαντα βάψει λαμπρᾷ πορφύρᾳ.
δειρὴ μακρά, κατάλευκος, ὅθεν ἐμυθουργήθη
κυκνογενῆ τὴν εὔοπτον Ἑλένην χρηματίζειν.
ὁρᾷ ταύτην Ἀλέξανδρος, ἁλίσκεται τῷ κάλλει.
καὶ τί πολλὰ καὶ περιττὰ μακρηγορεῖν καὶ γράφειν;
ἁρπάζει ταύτην θέλουσαν, φυγὰς ἀποδιδράσκει.
καὶ τὴν φυγὴν ἀδυνατῶν ἄλλως εὖ διαθέσθαι,
εἰς ναῦν ἐμβὰς ἁλίπλοον ἀπαίρει πρὸς Φοινίκην,
ἐκ τῆς φερούσης ἐκτραπεὶς πορείας πρὸς τὴν Τροίαν·
δίωξιν γὰρ ὑπώπτευεν ἐκ τῶν ἀδικηθέντων.
D ἀποληφθεὶς δὲ πνεύμασι σφοδροῖς πολυταράχοις
μόλις εἰς ἓν ὡρμίσατο στομάτων τῶν τοῦ Νείλου,
Κανωβικὸν ὀνομασθὲν ἐν χρόνοις τοῖς ὑστέροις,
ἔνθα δεδόμητο νεὼς ἥρωος Ἡρακλέος,
τοῖς πρόσφυξι δωρούμενος ἀνθρώποις ἀσυλίαν.
εἰς τοῦτον τοίνυν τὸν ναὸν φυγόντες ὑπὸ δέους
οἱ συμφυγόντες Πάριδι καὶ συνεκπεπλευκότες
πολλὰς αὐτοῦ κατέχεον ὕβρεις καὶ λοιδορίας,

1163 ἀβάπτιστον M 1164 πυρίνη M 1178 ναὸς R

genis et facie, grandibus oculis, colore niveo, rotundis oculis, tenera, nemus quasi quoddam gratiis abundans, brachiis albis, delicata, plane viva quaedam elegantia, facie candida, genis rosei coloris, facie venusta, formosis oculis, pulchritudine non adsciticia, colore nativo. tingebat albedinem color roseus, rubens, ac si quis ebur splendente purpura tingat. collum praelongum, candidum; unde ficta est fabula, formosam Helenam e cygno fuisse procreatam. adspicit hanc Alexander: a forma capitur. et quid multa vel diceuda sunt vel scribenda? rapit hanc volentem: fugitivus abscedit. cumque fuga recte institui alio modo non posset, navem ingressus maritimam in Phoenicen abit, omisso itinere quod Troiam versus duceret: suspicabatur enim fore ut eum laesi persequerentur. exceptus autem a ventis vehementibus ac turbulentis ad urbem applicuit, quae sita erat ad unum ex ostiis Nili, quod posterioribus saeculis Canobicum est appellatum; ubi Herculis herois fanum erat exstructum, quod hominibus eo confugientibus securitatem concedebat. in hoc fanum prae metu cum se recepissent quotquot una cum Paride aufugerant domoque navigarant,

ἐκτραγῳδοῦντες τὰ δεινὰ τὰ παρ' αὐτοῦ πραχθέντα,
τὴν ὕβριν, τὴν ἀσέβειαν τὴν εἰς τὸν ξενοδόχον,
τὴν ἁρπαγὴν τῆς γυναικός, ναὶ μὴν καὶ τῶν χρημάτων.
ἀκούει ταῦθ' ὁ στρατηγὸς ὁ κληραρχῶν τοῦ τόπου, P 25
ἀκούει ταῦτα καὶ Πρωτεὺς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου,
καὶ γίνεται μετάπεμπτος ὁ Πάρις πρὸς ἐκεῖνον
σὺν γυναικί, σὺν χρήμασι, σὺν τοῖς συνεπομένοις.
ὁ μὲν οὖν ἐπυνθάνετο τίς ἡ γυνὴ καὶ τίνος,
καὶ πόθεν ἀφελόμενος ταύτην περιπλανῷτο·
Ἀλέξανδρος δ' ἀνέπλαττε ψευδοσυνθέτους λόγους.
ὁ δὲ Πρωτεὺς ἐκδιδαχθεὶς τὰ κατὰ τὴν Ἑλένην
τοιοῖσδε πρὸς Ἀλέξανδρον ἐχρήσατο τοῖς λόγοις.
"εἰ μή μοι προκεκύρωτο καὶ προτεθέσπιστό μοι
μηδένα ξένον ἀναιρεῖν τῶν ὑπὸ κλυδωνίου
χειμαζομένων χαλεποῦ κἀνταῦθα ῥιπτουμένων,
μεγάλαις ἄν σε καὶ δειναῖς βασάνοις ἐτισάμην B
ἀχάριστον γενόμενον περὶ τὸν εὐεργέτην.
καὶ τοὺς θεσμοὺς πατήσαντα τοὺς τῆς φιλαλληλίας.
νῦν δέ σοι τὰ μὲν χρήματα καὶ τὴν γυναῖκα ταύτην
οὐκ ἀποδώσω, κἂν πολλαῖς χρήσῃ ταῖς κολακείαις,
τῷ δ' Ἕλληνι τῷ παρὰ σοῦ βλαβέντι συντηρήσω·
σὺ δ' ἐξ αὐτῆς ἀπόστηθι, κἀκ τῆς Αἰγύπτου φεῦγε."
Πρωτεὺς μὲν οὖν σὺν ἀπειλαῖς ἀπώσατο τὸν Πάριν·
ὁ δὲ κεναῖς ὑπέστρεψε χερσὶ πρὸς τὴν πατρίδα,

1192 συνέπλαττε AM 1197 χειμαζόμενον AM χαλεπῶς R ῥιπτουμένου M 1198 ἠκισάμην R 1200 φιλανθρωπίας R 1202 μυρίαις R 1204 ἀπόστειλε A

multas in ipsum contumelias ac probra effundebant, exaggerantes tragice gravia ipsius facinora, iniuriam et impietatem adversus hospitem, raptum non solummodo coniugis sed etiam opum. audit haec dux qui isti loco praeerat: audit et Proteus rex Aegyptiorum. itaque Paris ad ipsum arcessitur cum muliere, cum opibus, cum comitibus. quaerebat rex quaenam et cuias esset haec mulier; cuinam hac adempta sic oberraret. Alexander orationem falsam comminiscitur. verum Proteus edoctus omnia de Helena huiusmodi ad Alexandrum verbis usus est "nisi constitutum a me sancte foret neminem hospitum occidere, qui a tempestate graviter iactantur et huc appellunt, magnis ac gravibus te poenis afficerem, qui erga bene meritum ingratum te praestitisti, mutuique amoris vincula pedibus conculcasti. nunc autem tibi opes has et mulierem non reddam, etiamsi multis assentationibus utare: sed Graeco abs te laeso ea servabo. tu autem ex Aegypto fuga discedite." sic Proteus cum minis Paridem abegit, qui manibus vacuis in patriam reversus est, cum volu-

τῆς ἡδονῆς γευσάμενος ἄκρῳ δακτύλῳ μόνῳ,
καὶ πρὸς αἰθέρα φθάνουσαν πυρκαϊὰν ἀνάψας.
Καὶ γάρτοι μετὰ τὸν δρασμὸν τοῦτον τὸν ἀπὸ Σπάρτης
καὶ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν τοιάδε συμβεβήκει.
C ἐπάνεισι Μενέλαος ἐκ τῆς ἀποδημίας,
μανθάνει τὸ γενόμενον, ῥηγνύει τὴν ἐσθῆτα,
καὶ σὺν αὐτῷ Τυνδάρεως πατὴρ ὁ τῆς Ἑλένης.
εἰς μέσους ἀφικνοῦνται δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων πρώτους
ἠσβολωμένοι πρόσωπα καὶ μελανειμονοῦντες,
ὅρκων ἀναμιμνήσκουσι τῶν φρικωδῶν ἐκείνων,
οὓς ἦσαν Ἕλληνες ὁμοῦ πάντες ὀμωμοκότες,
ὡς εἰ συμβῇ παρά τινος Ἑλένην ἁρπαγῆναι,
πάντες ἰδίοις σώμασιν αὐτῆς ὑπερμαχοῦνται.
πολλὰ γοῦν ἱκετεύσαντες καὶ δεδυσωπηκότες
συμπείθουσι τοὺς Ἕλληνας στρατεῦσαι κατὰ Τρώων.
καὶ δὴ πολλοὶ συντρέχουσιν ἐκ νήσων, ἐξ ἠπείρων,
παραθαλάσσιοι, μακρὰν τῆς ἅλμης ἀφεστῶτες,
D ἐξ Ἀθηνῶν αὐθιγενεῖς, ἐκ πάσης τῆς Εὐβοίας,
ἐκ Θετταλῶν, ἐξ Ἀχαιῶν, ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος.
ἦσαν καὶ νῆσοι σύμμαχοι, Ἰθάκη, Ῥόδος, Σκῦρος
καὶ Σάλαμις, καὶ σὺν αὐταῖς ἡ τρισμεγίστη Κρήτη.
Κορίνθιοι συνῄεσαν, Ἀργεῖοι συνεμάχουν,
καὶ στόλος μυριόστολος αὐτῶν συνεκροτεῖτο.
ἦν Μενεσθεὺς ἐξ Ἀθηνῶν, Νέστωρ ἀπὸ τῆς Πύλου,
ἐκ τῆς Ἰθάκης Ὀδυσσεύς, ἐκ Σαλαμῖνος Αἴας,

1214 μάγους A 1220 ἱκετεύοντες R 1221 ἐκκλεῦσαι R
1222 ἠπείρου A 1229 αὐτοῖς RR

pptatem extremo tantum digito gustasset et rogum accendisset caelum ipsum attingentem.

Hoc modo fuga Paridis e Sparta Helenaeque raptus accidit. revertitur ex peregrinatione Menelaus: quid evenisset, accipit. vestem lacerat; et cum ipso Tyndareus Helenae pater idem facit. una principum Graecorum coetum adeunt, denigratis vultibus, vestesque pullas induti. iurisiurandi illius horrendi commonefaciunt, quod Graeci omnes simul iuraverant, ut si contingeret Helenam ab aliquo rapi, omnes suis cum corporibus pro ea pugnarent. multum ergo cum supplicassent ac pudorem iniecissent, persuadent Graecis ut bellum adversus Troianos facerent. itaque multi de insulis ac terris continentibus concurrunt, maritimi et longe a mari distantes, Athenis Athenienses, itemque de tota Euboea ex Thessalia, ex Achaia, ex tota Graecia. erant et insulae sociae, Rhodus, Ithaca, Scyrus, Salamis, et cum his maxima illa Creta. itabant una Corinthii: socii erant Argivi. mille navium classis est ab ipsis coacta. aderat Menestheus Atheniensis, Nestor Pylius, Ulysses ex Ithaca, ex

ἐκ Κρήτης ἦν Ἰδομενεύς, Τληπόλεμος ἐκ Ῥόδου,
πάντες τὸ γένος ἕλκοντες ἐξ εὐγενῶν αἱμάτων,
ἀριπρεπεῖς, διογενεῖς, ἀρεϊκοί, γεννάδαι,
γενναῖοι, θυμολέοντες, ἄνδρες αἱμάτων πάντες.
ὁ δὲ Φθιώτης Ἀχιλλεὺς ἔλαμπεν ὑπὲρ πάντας,
ἄνθρωπος πολεμόκλονος, ἄλκιμος, βριαρόχειρ. P 26
καὶ τοίνυν ἐξαρτύσαντες τὸν χιλιόναυν στόλον
ἱστῶσιν Ἀγαμέμνονα στολάρχην καὶ στρατάρχην,
ἄνδρα γενναῖον καὶ καλόν, ἥρωα ῥωμαλέον,
καὶ κάλλει διαπρέποντα καὶ βραχιόνων σθένει.
πατρίδων μὲν ἀπαίρουσι καὶ φίλων καὶ τοκέων,
ἐκθύμως ναυστολοῦνται δὲ κατὰ τῆς πολεμίας.
κοινῇ δὲ συσκεψάμενοι κρίνουσιν εἶναι δέον
ληλατεῖν τε καὶ πορθεῖν τὰ πρόσοικα τῇ Τροίᾳ,
ὡς ἂν καὶ τούτοις γένοιτο τῶν ἀναγκαίων πόρος
καὶ τοῖς Τρωσὶν ἐκκόπτοιτο τὰ πρὸς τὴν συμμαχίαν. B
στέλλεται τοίνυν Ἀχιλλεὺς καὶ τῶν ἀρίστων ἄλλοι,
καὶ νήσοις ἐπιτίθενται καὶ κείρουσιν ἠπείρους,
καὶ τέλεον ἐκτρίβουσιν ὅσα τῶν πολεμίων.
ἤκουστο μὲν οὖν Ἕλλησι τὰ περὶ τῆς Ἑλένης,
ὡς ὁ Πρωτεὺς ὁ βασιλεὺς ἀφέλοιτο τὸν Πάριν,
ὡς παρ' αὐτοῦ φυλάττοιτο κατὰ τὴν πόλιν Μέμφιν·
ἀλλ' ἠγωνίζοντό, φασι, περιγενέσθαι Τροίας,
φήμης κρατούσης παρ' αὐτοῖς ὡς θησαυροῖς χρυσίου
ἐνευθηνοῖτο, καὶ πολλῷ τῷ πλούτῳ περιβρίθοι.

1232 τριπτόλεμος ARR 1238 μυριόναυν R 1241 διαλάμποντα A 1246 γίνοιτο R 1251 οὖν] τοῖς M

Salamine Aiax, Idomeneus e Creta, e Rhodo Tlepolemus, omnes originem generis habentes e nobili sanguine, insignes, orti Iove, Mavortii, fortes, generosi, leoninis animis praediti. supra omnes Achilles e Phthia lucebat, vir bellicosus, fortis, robustis manibus. enimvero instructa mille navium classe, Agamemnonem classis et exercitus imperatorem constituunt, virum generosum ac bonum, heroa robustum, praestantem forma et vi brachiorum. discedunt a patria et amicis et parentibus, animoque forti versus hosticum solum classem dirigunt. re communiter deliberata, statuunt esse necessarium ut diriperent ac exscinderent Troiae viciniam, ut ipsi copiam commeatus acquirerent et Troianis sociorum vires frangerentur. itaque mittitur Achilles cum aliis viris praestantissimis, qui insulas invadunt et continentes depraedantur, ac tandem res hostium prorsus atterunt. audierant quidem Graeci, de Helena quid factum esset, nimirum Protea regem Paridi eam ademisse, ac ab illo res ipsius omnes custodiri: verum omni studio conabantur, ceu fertur, occupare Troiam, cum fama constans esset auri thesauris eam abundare ac magnis opibus

ἤθελον δὲ καὶ τίσασθαι τοὺς προλελυπηκότας·
ἄνανδρον γὰρ καὶ μαλακὸν καὶ ταπεινὸν ἡγοῦντο
μὴ λήψεσθαι τῆς ὕβρεως ποινὰς τὰς προσηκούσας.
C ὡς οὖν οἱ Τρῶες ἔβλεψαν τὸν τηλικοῦτον στόλον,
καὶ τὴν πληθὺν ἱστόρησαν τὴν νεναυστοληκυῖαν,
ἁπανταχόθεν ἑαυτοῖς ἀθροίσαντες συμμάχους,
Κᾶρας Λυκίους καὶ Μυσοὺς καὶ Μαίονας καὶ Φρύγας,
καὶ προσεταιρισάμενοι σύμπαν Ἀσίας ἔθνος,
ὁπόσον ἠπειρωτικόν, ὅσον ἐν παραλίᾳ,
ἀντεπεξῆγον στρατιᾶς σμῆνος ἀπειραρίθμου.
καὶ χρόνος διηνύετο μακρὸς ἐν τῷ πολέμῳ.
οἱ δὲ τῆς πόλεως αὐτῆς οἰκήτορες τῆς Τροίας
ἦσαν ὑπὲρ πεντήκοντα λαοῦ χιλιανδρίας.
τὰ μὲν οὖν πρῶτα κραταιῶς ὡπλίζοντο πρὸς μάχην,
ἀνδροκαρδίοις συμβολαῖς τὰς φάλαγγας ῥηγνύντες·
ὡς δ᾽ ἐπειράθησαν ὀψὲ τῆς Ἀχιλλέως ῥώμης
D καὶ τὴν πυρώδη καὶ θερμὴν εἶδον εὐκινησίαν,
καὶ τὴν ἀρρενωπότητα καὶ τὴν θυμοτολμίαν,
ἐκάθηντο τοῖς τείχεσιν αὐτοὺς συγκεκλεικότες
καὶ μηδαμῶς τοῖς Ἕλλησιν ἀντεπελθεῖν τολμῶντες,
ἕως ἡ πάντα στρέφουσα καὶ πάντα συγκυκῶσα
καὶ πάντων μήτηρ τῶν κακῶν, ἡ βασκανία λέγω,
τὴν Ἀχιλλέως ἤμβλυνεν ὁρμὴν τὴν δραστηρίαν
καὶ Τρῶας παρεθάρρυνεν ἐκείνου χολωθέντος.

1263 Παίονας R 1272 ἐπειράσθησαν R 1274 εὐθυτολμίαν R 1278 τὴν βασκανίαν R

esse refertam. volebant etiam ulcisci eos qui prius laeserant: etenim viris indignum, mollis deiectique animi putabant esse illatae iniuriae poenas debitas non exigere. cum igitur tantam classem Troiani cernerent coramque multitudinem intuerentur, quae advenerat, collectis undique suis bellorum sociis, Caribus Lyciis Mysis Maeonibus Phrygibus, adiuncta itidem sibi quavis Asiae natione, quotquot erant mediterranei, quotquot maritimi, contra Graecos exercitus innumeri quoddam velut examen educebant, ita ut longum tempus in hoc bello contereretur. erant ipsius urbis Troianae habitatores supra hominum quinquaginta milia. et initio quidem ad pugnam se magna vi armabant, virilibusque congressibus phalanges perrumpebant: verum posteaquam Achillis robur tandem experti sunt eiusque mobilitatem igneam et ardentem conspexerunt, itemque virilem faciem et animosam audaciam, intra ipsa occlusi moenia desidebant, nec adversus Graecos ullo modo progredi audebant, donec omnia vertens et omnia perturbans, omniumque malorum mater, invidiam dico, impetum Achillis in rebus gerendis retudit, illoque ira commoto Troianorum ani-

τὸ δὲ τῆς λύπης αἴτιον τῆς τοῦτον πικρανάσης
ὁ Παλαμήδους φόνος ἦν ἀδίκως ὀλωλότος.
τὸ δ' ὅπως γέγονε, καὶ τίς ὁ συσκευάσας, λέξω.
Ὁ νησιώτης Ὀδυσσεὺς κατὰ τοῦ Παλαμήδους
ἄσπονδον μῖσος ἔτρεφε καὶ φθόνον ἐκ καρδίας,
ὅτι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἦν Παλαμήδους κλέος
καὶ πάντες οἷάπερ θεῷ προσέχοντες ἐκείνῳ P 27
καρδιακὴν τὴν πρὸς αὐτὸν ὑπέτρεφον ἀγάπην.
καὶ γὰρ προέγνω τοῦ λοιμοῦ τὸ βέλος τὸ πυρφόρον,
καὶ πᾶσι προεμήνυσεν Ἑλλήνων στρατιάρχαις,
καὶ πάντων τούτων τῷ κακῷ πικρῶς δαμαζομένων
ἐκεῖνος διετήρησεν Ἕλληνας ἀπημάντους,
τὸ μὲν ὑποτιθέμενος καὶ λόγοις καταρτίζων,
τὸ δὲ καὶ πράγμασιν αὐτοῖς διδάσκων τὸ συμφέρον.
ἐκ τούτου τοίνυν Ὀδυσσεὺς ἐτήκετο τῷ φθόνῳ,
βλέπων ὑπερφιλούμενον πᾶσι τὸν Παλαμήδην,
αὐτὸν δὲ νομιζόμενον ὡς ἕνα τῶν τοῦ πλήθους.
ἐντεῦθεν δόλους ἤρτυε καὶ μηχανορραφίας,
καὶ συνεσκεύαζε βουλὰς πλήρεις συκοφαντίας.
τοῦ μὲν οὖν καρτερόχειρος παρόντος Ἀχιλλέως B
ἠπράκτουν τὰ βουλεύματα παιδὸς τοῦ Λαερτίου,
καὶ πᾶν τὸ τυρευόμενον κατὰ τοῦ Παλαμήδους
καὶ μηχανορραφούμενον ἦν ὡς ἀράχνης νῆμα·
ὡς δ' Ἀχιλλεὺς ἀπέσταλτο σὺν ἄλλοις ἀριστεῦσιν

1285 ἄσπετον A 1291 τούτῳ interpres 1292 συνετήρησεν AR 1304 βασιλεῦσι A

mos erexit. doloris autem causa, qui hunc exacerbarat, erat Palamedis caedes iniuste necati. dicam vero qui hoc factum, et quis auctor fuerit.

Ulysses ex insula natus adversus Palamedem odium implacabile alebat et invidiam ex imo corde conceptam; idque propterea quod apud Graecos Palamedes floreret, quodque cuncti ad ipsum intentis animis, tanquam ad deum, intimo pectoris amore hominem complecterentur. nam praecognoverat pestis ardentis telum, eamque toti Graecorum exercitui praedixerat. cumque omnes ab hoc malo acerbe affligerentur, ipse Graecos illaesos a peste servaverat, partim eis consulens et homines oratione confirmans, partim ipsa re docens quid potissimum conduceret. hinc igitur Ulysses invidia flagrabat, cum Palamedem vehementer diligi cerneret, se vero haberi tanquam unum de plebe. ex eo tempore fraudes ac molitiones nectebat consiliaque calumniae plena parabat. verum quamdiu robustus Achilles aderat, nihil efficere consilia filii Laertis poterant, nec eorum quicquam quae contra Palamedem struebantur: nam quodcunque nectebatur, erat instar telae araneae. verum posteaquam Achilles cum ducibus caeteris

συνάψων πόλεμόν τισιν ὑπερμαχοῦσι Τρώων,
καὶ συνεπόμενον αὐτῷ καὶ Παλαμήδην εἶχεν
(ὑπερεγλίχετο καὶ γὰρ πάντη συνεῖναι τούτῳ),
ἐνταῦθ' ὁ πάντολμος ἀνὴρ δραξάμενος ἀδείας
τὴν Ἀγαμέμνονος συλᾷ κουφόνοιαν ἐν πρώτοις,
καὶ δῆθεν προσποιούμενος ὑπερφιλεῖν ἐκεῖνον
"ἐρᾷ" φησίν, "ὦ βασιλεῦ, ἀρχῆς τῆς τῶν Ἑλλήνων
C ὁ κραταιόχειρ Ἀχιλλεύς· κεντεῖ γὰρ ἡ νεότης.
καὶ Παλαμήδην ὡς δεινὸν εἰπεῖν καὶ κολακεῦσαι
καὶ μαστροπὸν καὶ συνεργὸν εἰς τοῦτο προσλαμβάνει.
μετὰ μικρὸν δ' ἐλεύσονται τῆς μάχης τελεσθείσης,
καὶ σοὶ μὲν βοῦς προσάξουσιν ἀγέλας τε θρεμμάτων,
αὐτοὶ δὲ σφετερίσονται χρημάτων ὅλας θήκας,
οἷς τοὺς Ἑλλήνων δυνατοὺς ὑποποιήσονταί τε
καὶ κατὰ σοῦ κινήσουσιν, ὡς τῆς ἀρχῆς ἐκπέσῃς."
ἤκουσε ταῦθ' ὁ βασιλεύς, ἐπείσθη, συνηρπάγη,
καὶ τῷ τοῦ δόλου σκευαστῇ χρῆται πρὸς συμβουλίαν.
καὶ γίνεται μετάπεμπτος εὐθὺς ὁ Παλαμήδης,
καὶ μονωθεὶς ταῖς ἄρκυσιν ἐμπίπτει ταῖς τοῦ φθόνου.
D συκοφαντεῖται τοῖς Τρωσὶν Ἕλληνας προδιδόναι,
καὶ γίνεται λιθόλευστος (φεῦ, οἷα ποιεῖς φθόνε!)
ἄλλο μηδὲν φθεγξάμενος εἰ μὴ τὸ ῥῆμα τοῦτο
"ὦ δυστυχὴς ἀλήθεια, σὲ καὶ πενθῶ καὶ στένω·
σὺ γάρ μου προαπόλωλας καὶ προεθανατώθης."

1307 ἀεὶ συνεῖναι RR, συναπιέναι A 1318 οἷς] καὶ MR
1321 φθόνου R 1323 φόνου AR

missus fuit bellum gesturus cum quibusdam Troianorum defensoribus, cuius expeditionis oomitem secum habebat Palamedem (etenim vehementer illi semper adesse cupiebat), tum vero quidvis audens ille, nactus occasionem periculi expertem, Agamemnonis primum levitatem praedatur, seque simulans ipsius esse perquam studiosum "affectat" inquit, "mi rex, Graecorum imperium Achilles ille robustus, a iuvenili aetate impulsus, ac Palamedem ceu dicendi et assentandi peritum lenonis instar ac socii ad hoc sibi adiungit. neque multo post commisso praelio venient; ac tibi quidem boves afferent et greges ovium: verum ipsi plena pecuniis vasa furtim auferent, quibus et subiicient sibi Graecorum potentiores et contra te concitabunt, ut imperium amittas." audiit haec rex: persuasus et captus est, auctorem fraudis in consilium adhibet. statim deinde Palamedes arcessitur, et solus relictus in caedis laqueos incidit: per calumniam insimulatur, quasi Graecos Troianis prodoret; lapidibus obruitur (heu quae perpetras, invidia!), nihil cum dixisset aliud quam hoc verbum "infelix veritas, te lugeo deploroque gemens. nam tu ante me periisti et morte

ἐπάνεισιν ὁ Θέτιδος μετὰ λαμπρῶν τροπαίων,
μανθάνει τὸ γενόμενον, οἰκτείρει Παλαμήδην,
βαρυθυμεῖ, βαρυπενθεῖ, τοῖς Ἕλλησι μηνίει,
ἀφίσταται τοῦ μάχεσθαι καὶ συμμαχεῖν ἐκείνοις.
ἐντεῦθεν θάρσος Ἕκτορι καὶ τοῖς αὐτοῦ συμμάχοις,
καὶ συγκροτοῦσιν Ἕλλησι μάχας ἰσχυρομάχους·
ἐντεῦθεν φόνοι καὶ σφαγαὶ καὶ πρόχυσις αἱμάτων,
ἀνδροκτασίαι καὶ βοαὶ καὶ λιμνασμοὶ τοῦ λύθρου.
καὶ πίπτουσιν ὡς στάχυες τὰ τῶν Ἑλλήνων σμήνη, P 28
καὶ ταπεινοῦνται, καὶ δεινοῖς ἀπείροις συσχεθέντες
ἐν μεταμέλῳ γίνονται τῶν πεπλημμελημένων.
οἱ πρίν τε σοβαρόφρονες λόγοις ἱκετηρίοις
ἐδέοντο τοῦ Θέτιδος καταλλαγῆναι σφίσιν.
ἀλλ' οὐ πρόσεσχεν Ἀχιλλεὺς τούτοις, οὐ κατεκάμφθη,
ἕως πεσὼν ὁ Πάτροκλος, ὅνπερ ὑπερηγάπα,
ἐκ παλαμῶν ἡρωϊκῶν γενναίων Ἑκτορέων,
αὐτὸν παρεβιάσατο δραμεῖν κατὰ τῶν Τρώων.
ἔξεισι τοίνυν Ἀχιλλεὺς πρὸς πόλεμον πῦρ πνέων.
καὶ ῥήγνυσι τὰς φάλαγγας, καὶ κτείνει τοὺς προμάχους
καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν Ἕκτορα τὸν κίονα τῆς Τροίας, B
ἄνδρα βριθύν, ἀρεϊκόν, ὅπλοις ἐντεθραμμένον,
μωλωπισμοὺς ἐμφαίνοντα τοῖς στήθεσι μυρίους,
οὓς εἶχε συμπλεκόμενος τοῖς ταύροις τοῖς ἀγρίοις

1333 θράσος R 1338 θανατοῦνται R 1341 μεταλλαγῆναι A 1342 οὐκ ἐπεκάμφθη R 1345 κατεβιάσατο R 1346 εἰς R 1347 καὶ κτείνει] τροποῦται M 1350 ἐμφέροντα AR

affecta es." revertitur inde Thetidis filius cum tropaeis splendidis; accipit quod acciderat, Palamedem miseratur, indignatur, luget graviter, irascitur Graecis, pugnare desinit atque illos in praeliis iuvare. hinc nata Hectori et sociis eius audacia. pugnas cum Graecis validas conserunt. hine caedes, mactationes, effusiones sanguinis ortae, hine homicidia, clamores, restagnationes cruoris. instar aristarum Graecorum agmina concidunt, qui animis deiecti eum malis premerentur innumeris, paenitentia ducti sunt eorum quae deliquerant; eumque prius superbe se extulissent, nunc Thetidis filium verbis supplicibus orabant ut ipsis reconciliaretur. verum Achilles illa non curabat, quo eis opem ferret, donec Patroclus cecidisset, quem valde diligebat, interfectus ab heroicis manibus Hectoris. tum vero perpulerunt eum ut adversus Troianos procurreret. itaque progreditur ad pugnam Achilles, ignem spirans: perrumpit phalanges, prima stantes in acie necat, et inter eos Hectorem ipsum, Troiae columnam, virum fortem, mavortium, nutritum in armis, gerentem

προ τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλθεῖν καὶ συγκροτῆσαι μάχην.
[ἀντιπαρατασσόμενος ἔθνεσιν ἀλλογλώσσοις.]
Ἀναιρεθέντος δ' Ἕκτορος τοῦ τολμηροκαρδίου
μετακαλεῖται Πρίαμος συμμάχους Ἀμαζόνας·
καὶ πάλιν μάχη καρτερά, καὶ θανατοῦνται πᾶσαι.
ἐκ πάντων οὖν ἀπορηθεὶς ὁ Δαρδανίδης γέρων
εἰς τὸν Δαβὶδ τὸν ἄνακτα τῆς Ἰουδαίας πέμπει,
παλάμην ἐξαιτούμενος συμμαχικὴν ἐκεῖθεν.
ἀλλ' ὁ Δαβὶδ οὐ δίδωσιν, εἴτε τὸ τηνικαῦτα
C ἀντιπαρατασσόμενος ἔθνεσιν ἀλλογλώσσοις,
εἴτε καὶ μυσαττόμενος Ἕλληνας καὶ βαρβάρους
ὡς μὴ θεὸν γινώσκοντας ἀλλ' εἰδωλολατροῦντας,
καὶ δεδιὼς μὴ ῥέψαιεν εἰς πλάνην Ἰουδαῖοι,
εἰ παρ' αὐτοῦ πεμφθήσονται σύμμαχοι τοῖς ἐν Τροίᾳ,
πρὸς τὴν κακίαν ἔχοντες εὐεπιφόρως φύσει.
τὸν οὖν Ταντάνην τῶν Ἰνδῶν Πρίαμος ἱκετεύει,
καὶ μετὰ πλήθους στέλλεται Μέμνων ἀπειραρίθμου.
ὁ δὲ στρατὸς ἦσαν Ἰνδοὶ πάντες μελανοχρῶτες·
οὕσπερ ἰδόντες Ἕλληνες ἐν ἀλλοκότῳ θέᾳ,
καὶ δειλιάσαντες αὐτῶν μορφὴν καὶ πανοπλίαν,
καὶ ζῷα περιτρέσαντες ἅπερ Ἰνδία τρέφει,
D νύκτωρ φυγεῖν ἐσκέπτοντο καὶ προλιπεῖν τὴν Τροίαν.
ἀλλ' ὅμως ἀντετάξαντο πρὸς τοὺς κελαινοχρῶτας,

1353 ἀντιπαρατασσομένους? sed praestat expungere versum infra (1361) recurrentem. 1356 κρατερὰ R 1358 πρὸς R 1361 ἀντιπαραταττόμενος R 1364 ῥεύσαιεν MRR 1367 παντάνιν τὸν Ἰνδὸν M 1374 παρετάξαντο R μελανοχρῶτας AR

in pectore cicatrices infinitas, quas ex conflictibus adversus feros tauros acceperat prius quam Graeci venissent et cum eo depugnassent.

Hectore perempto, qui audaci praeditus fuerat corde, Priamus Amazonas ad belli societatem arcessit. itaque rursum pugnatur, et omnes necantur. hoc modo senex ille Dardanides ab omnibus destitutus, ad Davidem Iudaeae regem suos mittit, qui ab eo manum auxiliarem poscerent. verum David illam haud porrexit, sive id temporis bellum gerebat adversus nationes extraneas, sive abhorrens a Graecis simul et barbaris, ut qui deum non cognoscerent sed deastros colerent, ac veritus ne Iudaei ad errorem prolaberentur, si ab ipso Troianis auxiliares copiae mitterentur, cum alias a natura proclives ad vitium forent. igitur regem Indorum Tantanem Priamus ad opem sibi ferendam suppliciter invitat, et infinita cum multitudine Memnon mittitur. exercitus erat Indicus, omnes colore nigro. quos cum aspexissent Graeci peregrino colore praeditos, formam eorum et armaturam veriti, simulque bestias illas formidantes quas alit India, fugere noctu Troiamque relinquere cogitabant. sed tamen nigris

καὶ τῶν Ἰνδῶν τοῖς αἵμασιν ἠρύθρωσαν ἀρούρας,
καὶ τοῦ Σκαμάνδρου τὰς ῥοὰς ἐφοίνιξαν τοῖς λύθροις.
Ἐν τούτοις οὖν κατέλαβεν ἡ τῶν ἀναθημάτων
τοῖς Ἕλλησι πανήγυρις, ἀλλὰ καὶ τοῖς βαρβάροις,
καὶ πᾶσιν ἦν ἀνακωχὴ πολέμων καὶ καμάτων.
καὶ δὴ στρατὸς Ἑλλήνιος καὶ τὸ τῶν Τρώων σμῆνος
ἀλλήλοις ἐπεμίγνυντο πρᾶξαι μηδὲν τολμῶντες.
ἦν δὲ ναὸς πρὸ τῶν τειχῶν τῆς καλλιπύργου Τροίας,
ἔνθα θαμίζων Ἀχιλλεὺς εἶδε τὴν Πολυξένην
καὶ τὸν πυρσὸν τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος ἐπανῆψεν·
ἐν λύτροις γὰρ τοῖς Ἕκτορος αὐτὴν προεωράκει, P 29
καὶ κατασχεῖν δυνάμενος ὅμως οὐκ ἠβουλήθη.
τότε δ' ὡς εἶδεν ἔπαθε, καὶ τῷ πατρὶ Πριάμῳ
λόγους ἐπέστειλε ζητῶν εἰς γάμον Πολυξένην.
ὁ δὲ συγκατατίθεσθαι δῆθεν προσεποιεῖτο,
καὶ ταῦτα δόλοις ἔπραττον Δηΐφοβος καὶ Πάρις.
ὡς οὖν εἰσῆλθον εἰς ναὸν Ἀπόλλωνος Ἀλσαίου
ὅρκοις κατεμπεδώσοντες τὰ περὶ Πολυξένης,
ὁ μὲν Δηΐφοβος προσφὺς ἐφίλει τὸν Πηλέως,
φίλης νυμφίον ἀδελφῆς αὐτὸν κατονομάζων,
ἐγγὺς δὲ στὰς Ἀλέξανδρος ἐπήνεγκε καιρίαν,
καὶ πλήξας ὑπεξέφυγε μετὰ τοῦ Δηϊφόβου.
ὁ δ' Ἀχιλλεὺς κατενεχθεὶς πνοαῖς ἦν ἐν ἐσχάταις. B

1377 δὲ MRR 1378 τῶν βαρβάρων ARR 1381 τελοῦντες R 1384 ὑπανῆψεν MR 1388 ἐπέστελλε RR 1392 κατεμπεδώσαντες ARR 1394 εὐνέτην R

demum hominibus aciem opposuerunt, Indorumque sanguine terram tinxerunt, ut ea ruberet ac ipsa flumina Scamandri cruor purpurea redderet. Eo tempore festum donariorum appetebat, quod tam Graeci quam barbari celebrabant. itaque factae sunt induciae bellorum ac laborum. quibus durantibus Graecorum et Troianorum copiae ostentabant se quidem mutuo, sed nihil moliri contra se invicem audebant. templum vero quoddam erat ante Troiam pulchris ornatam turribus, in quo frequenter versans Achilles Polyxenam vidit et ardenti eius amore correptus est. quippe conspexerat eam, priusquam Hector redimeretur; ubi cum illam retinere potuisset, non tamen id facere voluit. at ubi tunc eam adspexit, affici coepit, Priamoque patri denuntiavit se Polyxenam uxorem poscere. Priamus assentiri se simulabat, Deiphobo et Paride fraudes hasce machinantibus. quare cum ingrederentur in Apollinis Alphaei fanum, iureiurando se obstricturi in causa Polyxenae, Deiphobus Pelei filium complexus osculabatur, carae sororis illum sponsum appellando, Alexander autem prope adstans letale vulnus inflixit; quo illato una cum Deiphobo in fugam se proripuit. Achilles collapsus extremam agebat animam. id Ulys-

ἤσθετο τούτων Ὀδυσσεύς, συνείπετο γὰρ τούτῳ,
καὶ σὺν αὐτῷ διογενὴς Αἴας ὁ Τελαμῶνος.
ἄμφω τοίγαρ εἰς τὸν ναὸν συνεισπεπηδηκότες
εὗρον τὸν ἥρω κείμενον αἵμασι πεφυρμένον,
ἀπεσβηκὸς ἐμπνέοντα, μόγις κινοῦντα γλῶσσαν
καὶ μέλλοντα καλύπτεσθαι τὰ βλέφαρα τῷ σκότει.
ὡς εἶδον οὖν ὠλόλυξαν, καὶ προσπεσὼν τῷ στήθει
Αἴας ὁ μέγας ἐν κλαυθμῷ πρὸς τὸν Πηλέως εἶπεν
"ἦν ἄρα, πολεμόκλονε καὶ γίγα βριαρόχειρ,
ὃς ἀνελεῖν ἠδύνατο τὸν θυμολέοντά σε."
ὁ δ' ἀμαυρὸν ἐφώνησε καὶ παρακεκομμένον
C "ἀνεῖλόν με Δηΐφοβος καὶ Πάρις μετὰ δόλου."
καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἐξέπνευσεν ὁ τηλικοῦτος ἥρως.
Αἴας δ' ἐπ' ὤμων θέμενος τὸ σκῆνος Ἀχιλλέως
πικρῶς ἐπὶ τὸν ναύσταθμον ἤγαγεν ὀλολύζων.
Εὐθὺς δὲ μετεπέμψαντο Πύρρον τὸν Ἀχιλλέως
τὸν καὶ Νεοπτόλεμον, τὸν ἀπὸ Δηϊδαμείας.
καὶ πάλιν φόνοι καὶ σφαγαί, πάλιν ἀνδροκτασίαι,
καὶ πάλιν αἱματόφυρτοι Τροίας αἱ πεδιάδες,
καὶ πάλιν αἱμοφόρυκτα τὰ τοῦ Σκαμάνδρου ῥεῖθρα,
ἕως τῶν μάντεων αὐτοῖς χρησμοὺς ἐκφοιβασάντων
ὡς οὐ χρεὼν ἐστιν ἑλεῖν ἀπὸ πολέμου Τροίαν
οὐδ' ἐκ χειρῶν οὐδ' ἐκ ξιφῶν, ἀλλ' ἀπὸ δόλου μόνου,
D τὸν ἵππον ἐτεκτήναντο τὸν ξύλινον ἐκεῖνον,

1401 αἴμασι A 1402 μόλις AR γλῶτταν R 1403 σκότω MRR 1409 ἀνεῖλέ R 1411 τὸ τηλικοῦτο σκῆνος R 1416 τῆς Τροίας πεδιάδες AM 1419 λαβεῖν R

ses animadvertebat, qui comitatus eum fuerat, una cum Aiace Telamonis filio, Iove sato. quapropter in fanum uterque simul cum irrupissent, heroem illum iacentem invenerunt, cruore foedatum, extremos ducentem spiritus, vix linguam moventem et iam iamque cernendi usum amissurum. itaque illo conspecto ululabant, et ad pectus eius allapsus Aiax Telamonius cum lamento Achillem allocutus est: "o vir mavortie, robustis manibus gigas, quisnam te leonino corde praeditum occidere potuit?" ille perobscure conciseque vocem hanc edidit "fraudulento Deiphobus atque Paris me interfecerunt." quae effatus insignis heros exspiravit. Aiax vero corpus Achillis humeris impositum acerbo cum eiulatu ad portum detulit.

Mox Pyrrhum Achillis filium arcessunt, cognomento Neoptolemum, Deiodamea matre natum. rursum caedes, mactationes, homicidia exoriuntur; rursum campi Troiani cruore imbuuntur, donec vatibus oracula pronuntiantibus, fatale non esse bello Troiam occupari, nec manibus nec gladiis, sed tantum fraude, ligneum equum Graeci fabricarunt, et in eum

καὶ καταφράκτους εἰς αὐτὸν ἄνδρας εἰσενεγκόντες
ἀπαίρειν δῆθεν ἔδοξαν πρὸς τὰς ἐνεγκαμένας.
καὶ τὸν μὲν ἵππον εἴασαν αὐτοῦ πρὸς τῷ ναυστάθμῳ,
αὐτοὶ δ' ὑφώρμουν ταῖς ναυσὶν ἐν τῇ Τενέδῳ νήσῳ.
εἶδον οἱ Τρῶες τὸ συμβάν, εἶδον ἐρήμους ὅρμους.
τὸν ἵππον μόνον βλέποντες ἠπόρουν, ἐθαμβοῦντο.
καὶ πρῶτα μὲν νομίζοντες εἶναι τὸ πᾶν ἀπάτην
φθείρειν τὸν ἵππον ὥρμηντο, πυρὶ παραδιδόναι
ἢ καὶ ῥιπτεῖν κατὰ πετρῶν κατὰ βυθοῦ θαλάσσης·
εἶτα (καὶ γὰρ κεκύρωτο Τροίαν ἁλῶναι τότε)
προσῆκον ἔδοξεν αὐτοῖς εἰσενεγκεῖν τὸν ἵππον
ὡς ἄγαλμα καὶ λάφυρον ἀπὸ τῶν ἐναντίων.
οἱ μὲν αὐτὸν εἰσήνεγκαν, καὶ πότοις καὶ χορείαις P 30
αὐτοὺς ἐκδόντες ὕπνωττον βαθὺν νήγρετον ὕπνον·
οἱ δ' ἄνδρες οἱ κρυπτόμενοι, καὶ πρὸς αὐτῷ λοχῶντες,
ὑπεξελθόντες σιωπῇ φρυκτωρὸν ἦραν μέγαν.
ὅπερ ἰδόντες Ἕλληνες οἱ προεκπεπλευκότες
θᾶττον ἢ λόγος ἐν ναυσὶ κατῆραν πρὸς τὴν Τροίαν,
καὶ τῶν πυλῶν ἀνοιγεισῶν παρὰ τῶν προεμβάντων
ὡς ὕδωρ εἰσεχύθησαν λάβρως ποθὲν πλημμῦραν.
Τῆς στερροπύργου τοιγαροῦν οὕτω ληφθείσης Τροίας
γυναῖκες ἀφηρπάζοντο παστάδων νεοπήκτων,
ἡ γῆ κατελιμνάζετο τοῖς φόνοις τῶν πιπτόντων, B
βρέφος ὑπαγκαλίδιον ἐρρήγνυτο τῷ τοίχῳ.

1424 τῶν ναυστάθμων ARR 1427 ἐκθαμβοῦντο A 1436 αὐτὸν MR 1441 λαῦρον MR 1444 βαρβάρων R 1445 καὶ βρέφος ὑπαγκαλιστὸν ἐρρίπτετο πρὸς τεῖχος R. πρὸς τεῖχος etiam A.

viris armatis impositis se versus patrium solum solvere simularunt. et equum quidem istic iuxta portum relinquebant, ipsi vero cum navibus ad Tenedum insulam appellebant. videbant Troiani quod acciderat; portus aspiciebant vacuos, solum equum intuentes dubitabant et obstupescebant. ac primo quidem existimantes subesse fraudem, equum abolere festinabant igni traditum vel de scopulis in profunditatem maris abiectum. deinde (nam statutum erat divinitus Troiam tunc esse capiendam) visum est eis equum in urbem traducendum esse tanquam simulacrum quoddam et spolium hostibus ademptum. quapropter eum in urbem cum potationibus et choreis intulerunt, seque deinceps somno gravi inexcitabili dederunt. at illi qui absconditi latebant in eo per insidias, silenter egressi magnum ignem suscitarunt. quod conspicati Graeci, qui prius discesserant, dicto citius cum navigiis ad Troiam applicuerunt. cumque portae fuissent apertae ab iis qui erant prius ingressi, clanculum in eam infusi sunt instar exundantis aquae.

Hoc modo cum Troia, firmis munita turribus, esset capta, feminae rapiebantur e lectis recentibus, terra per caedes cadentium stagna-

ἁπλῶς εἰπεῖν ὡς ἐν βραχεῖ, γόος κατεῖχε πάντα,
καὶ πᾶν δεινὸν καὶ πᾶν πικρὸν κατέκλυζε τὴν πόλιν.
αἱ χεῖρες λυθροστάλακτοι, φονόβαπτα τὰ ξίφη·
τὸ δάπεδον ἠρύθρωτο, συνεπατοῦντο βρέφη.
ὡς δέ ποτ' ἐκορέσθησαν ἁρπάζοντες κτιννύντες,
πυρὶ παραδιδόασι, πιμπρῶσιν ἀπὸ βάθρων
τὴν πρὶν ἐν πόλεσι λαμπράν, τὴν περιλαλουμένην.
Τὰ μὲν κατὰ τὸν πόλεμον τοιοῦτον ἔσχε τρόπον·
ἡ τύχη δ' ἐγκοτήσασα καθάπαξ Μενελάῳ
ἄλλοις καινοῖς τὸν τάλανα καταπιέζει μόχθοις.
C *καὶ πάλιν πλοῦς μακρότερος, ναυστόλησις ἑτέρα,*
καὶ πόνοι διαδέχονται τοὺς παλαιτέρους νέοι
καὶ πλοῦν τὸν Ἑλλησπόντιον Αἰγύπτια πελάγη.
ἀπαίρει πρὸς τὴν Αἴγυπτον, δεινὰς μετρεῖ θαλάσσας,
καὶ χειμασθεὶς καὶ κυμανθεὶς ἀνέμοις βαρυθρόοις
μόγις καταίρει πρὸς αὐτήν. ἄνεισι πρὸς Πρωτέα,
εὑρίσκει καὶ τὴν σύνοικον ἐκεῖ κατὰ τὴν Μέμφιν,
καὶ ξενισθεὶς καὶ τιμηθεὶς λαμβάνει τὴν Ἑλένην,
καὶ μετὰ μόχθους ἱκανοὺς φθάνει πρὸς τὴν πατρίδα,
μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ὄγδοον ἔτος τρέχων
κατὰ τὴν περιπλάνησιν τὴν ἐπὶ τὸν Πρωτέα.
εὑρίσκει καὶ τὸν σύναιμον ἀθλίως ὀλωλότα
δόλῳ κακίστης γυναικός, ἐχίδνης μοιχαλίδος·

1446 τὸ πᾶν κατεῖχε ARR 1453 τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον AM
1461 κατέρρει R, ἀνέρρει M ἄνεισιν εἰς A

bat. infans qui gestabatur in ulnis, ad parietem allidobatur. ut simpliciter ac breviter dicam, eiulatu cuncta replebantur, omuis calamitas, omnis acerbitas urbem invadebat. manus cruore stillabant, gladii sanguine tincti crant, pavimentum rubedino infectum, infantes proculcabantur. tandem cum rapinis ot caedibus essont satiati, urbem igni tradunt et a fundamentis exurunt, prius inter alias splendidam ot passim celebrem.

Hoc modo bellum istud est gestum. cacterum fortuna Menelao semel indignata novis aliis miscrum laboribus opprimit. rursum navigare coactus est multo remotius: aliao molestiao iam ante infelicem excipiunt, nimirum Hellespouticam navigationem Aegyptium maro. nam Aegyptum versus solvit: navigat periculosa per loca, et a tempestatibus fluctibus ventisque gravibus iactatus vix ad eam appellit. adscendit ad Proteum: invenit ibi coniugem in urbe Memphitica, hospitioque acceptus honorifice recipit Helenam. multos denique post labores in patriam revertitur, annum iam post occupationem Troiae octavum agens in oberratione, qua ad Proteum pergebat. invenit tum fratrem Agamemnonem misere trucidatum sceleratissimae uxoris fraude, quae moecha erat et vipera. invenit

εὑρίσκει τὸν ἀδελφιδοῦν Ὀρέστην ἐφθαρκότα D
τὸν τοῦ πατρὸς αἰσχύνοντα τὸ γένος καὶ τὸ λέχος
καὶ σὺν αὐτῷ τὴν ἀναιδῆ μητέρα Κλυταιμνήστραν.
Ἤδη μοι συντετέλεσται καὶ τὰ κατὰ τὴν Τροίαν
ἐπιδρομάδην καὶ σαφῶς. καὶ δὴ λοιπὸν γραπτέον
τὴν σθεναρὰν καὶ κραταιὰν Ῥωμαίων εὐποτμίαν,
πόθεν ἀρξάμενοι τῆς γῆς ἐκράτησαν ἁπάσης.
Μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν Αἰνείας παῖς Ἀγχίσου,
εἴτε φυγὼν εἴτε λυθεὶς ἀπὸ τῶν πολεμίων,
μετανάστεύει παγγενεὶ πρὸς γῆν τῆς Ἰταλίας,
ἣν ἄλλοι μὲν ἱστόρησαν οὕτως ὀνομασθῆναι
ἐξ Ἰταλοῦ κατάρξαντος μερῶν τῶν Ἑσπερίων,
οἱ δ' ἐξ αἰτίας ἔφασαν τοιᾶσδε σχεῖν τὴν κλῆσιν.
ὁ μέγας ἥρως Ἡρακλῆς τὰς Γηρυόνος βόας P 31
ἀγεληδὸν συναγαγὼν ἦγεν ἐξ Ἐρυθείας.
εἷς οὖν ἐκείνων δάμαλις τῶν ἀπὸ τῆς ἀγέλης,
ἀποσκιρτήσας, ὥς φασιν, ἀπὸ τοῦ βουκολίου,
τὸ μεταξὺ νηξάμενος πέλαγος τῆς θαλάσσης
εἰς Ἰταλίαν ἴσχυσε διαπεραιωθῆναι
τοῦ δὲ καθ' οὓς ἀφίκοιτο πάντη πυνθανομένου
εἴ τις αὐτῶν ἑώρακε βοῦν ἀποπλανηθέντα,
ἐκεῖνοι τῆς Ἑλληνικῆς μὴ συνιέντες γλώσσης
οὐίτουλον τὸν δάμαλιν ἐκάλουν ἐγχωρίως.

1470 *τὸ λέχος καὶ τὸ γένος* R 1475 *ὅθεν* AMR 1477 *ὑπὸ* RR 1487 *διαπεράσαι τάχει* M 1488 *καθὼς* AMR 1491 *οὐίτουλιν* ARR *τὴν* AR

et Orestem, e fratre nepotem, qni Aegisthum occiderat, tori paterni et generis contaminatorem; quocum ille matrem etiam impudentem Clytaemnestram peremerat.

Hactenus Menelai casus a me commemorati snnto, idque cursim et perspicue: restat ut deinceps potentem ac validam Romanorum felicitatem describamus, unde illi exorsi terra universa potiti sint.

Post occupationem Troiae Aeneas Anchisae filius, sive fuga elapsus sive dimissus ab hostibus, cum familia tota se confert in terram Italiam, quam alii tradidere sic appellatam esse ab Italo, qui partibus Hesperiis imperitaverit, alii de hac causa nomen hoc habere dixerunt. magnus heros ille Hercules Geryonis boves collectos armentatim ex certamine domum ducebat. ibi cum ex iis unus vitulus ab armento boum, ceu memoriae proditum est, resiliisset, interiecto maris pelago natatu traiecto in Italiam magna vi pervenire potuit. Hercule vero quocunqne venisset interrogante num quis vidisset bovem hunc qui aberraverat, illi qui linguam Graecam minime intelligerent, quod Graeci damalin, vitulam more

ἀπὸ τοῦ ζῴου τοιγαροῦν Οὐιταλία πᾶσα
ὅσην ὁ βοῦς ἐπέδραμεν ἐκεῖνος ὠνομάσθη,
τῷ χρόνῳ δὲ μετέπεσεν εἰς κλῆσιν Ἰταλίας.
B Αἰνείας οὖν σὺν τοῖς Τρωσὶ τοῖς συνεκπεπλευκόσι
χρησμοὺς λαβὼν ἀπέπλει παρὰ τὴν Ἰταλίαν.
οἱ δὲ χρησμοὶ προσέταττον ἐπὶ δυσμῶν ἐκπλέειν,
μέχρις αὐτοῖς ἐγγένηται καταλαβεῖν χωρίον
ἐν ᾧ κατασιτήσονται τὰς ἑαυτῶν τραπέζας·
ἐπὰν δὲ τοῦτο γένηται, τετράποδι χρωμένους
καθηγεμόνι τῆς ὁδοῦ κτίζειν ἐκεῖσε πόλιν
ὅπου τὸ ζῷον ἐρεισθῇ καμὸν ἀπὸ τοῦ δρόμου.
τούτους λαβόντες τοὺς χρησμοὺς εἰς Λωρεντὸν ἱκνοῦνται·
πεδίον δὲ τὸ Λωρεντόν ἐστι τῆς Ἰταλίας.
ἐνταῦθα πήξαντες σκηνὰς ἠρίστων ἐν δαπέδῳ.
σελίνοις δὲ τὸ δάπεδον ἦν ἅπαν ἐστρωμένον,
C καὶ ταῦτα χρείαν τραπεζῶν ἐκείνοις ἀπεπλήρουν.
ἀναλωθέντων τοιγαροῦν τῶν παρατεθειμένων
σελίνου τις ἐγεύσατο, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἄλλος,
καὶ μετ᾽ αὐτὸν ὁ συσσιτῶν, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ὁ πέλας.
καί τινες ἀνεβόησαν "ἡμῖν σὺν τοῖς σιτίοις
ἀνάλωνται καὶ τράπεζαι." κρότος δ᾽ ἦν ἐπὶ τούτοις
ὡς τοῦ χρησμοῦ τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς εἰς τέλος πεφθακότος.
ἔπειτα θύειν μέλλοντες βωμὸν ἐδημιούργουν,

1494 μετ. τὴν κλῆσιν Ἰταλία R 1496 περὶ M 1498 ἐγγένητο RR 1502 ἐρεισθὲν R, ἐρισθῇ A, αἱρεθῇ M 1505 ἠρίστουν R 1506 δ᾽ ἦν τὸ δάπεδον ἅπαν κατεστρωμένον R 1512 δ᾽ ἦν] οὖν AMR 1513 ἐφθακότος R

gentis appellabant. itaque hoc ab animali tota regio Vitalia, quam bos percurrerat, est appellata.

Igitur Aeneas cum Troianis, qui cum ipso navigabant, acceptis oraculis Italiam navigio petebat. ea iubebant versus Occidentem ut navigaret, donec tandem in regionem quandam pervenisset, in qua mensas ipsi suas ciborum instar devorarent. hoc cum accidisset, quadrupede uterentur viae duce, atque ibidem urbem exstruerent ubi animal istuc defatigatum cursu haesurum esset. his oraculis acceptis Laurentum perveniunt. Laurentum vero campus est in Italia. fixis ibi tabernaculis in pavimento prandebant. totum autem pavimentum apio constratum erat, quod ipsis mensarum usum explebat. itaque iam absumptis quae erant apposita, quidam apium gustare coepit, ac post ipsum alius, inde rursum alius convictor, et vicissim illi proximus. tum nonnulli exclamarunt "una cum cibis etiam ipsae mensae absumptae sunt." subsecutus est plausus, quasi iam oraculi dati finis appetiisset. hinc sacrificare volen-

καὶ θήλειαν ἐφίστασαν ἐπὶ θυσίᾳ χοῖρον
ἐγκύμονα τυγχάνουσαν καὶ πρὸς τὸ τίκτειν οὖσαν.
μελλόντων δὲ κατάρχεσθαι τῆς χοίρου τῶν θυτήρων,
ἐκείνη διασείσασα χεῖρας τῶν κατεχόντων
ἐξέδραμε καὶ πρός τινα λόφον ὡρμήθη τρέχειν.
Αἰνείας δὲ παρείπετο βήμασι σχολαιτέροις,
μικρὸν ὑπολειπόμενος ἐκείνης ἑκουσίως, D
ὡς μὴ τοῦ δρόμου τῷ γοργῷ θορυβηθὲν τὸ ζῷον
ἀπὸ τῆς κατὰ δαίμονα πορείας ἐκτραπείη·
συνῆκε γὰρ ὡς ὁ χρησμὸς τοῦτο τετράπουν εἶπεν.
ἡ μὲν οὖν ἐκαθέζετο δρόμῳ πολλῷ καμοῦσα
(εἴκοσι γὰρ πρὸς τέσσαρσιν ἀνέδραμε σταδίους)·
Αἰνείας δὲ τὰ θέσφατα βλέπων τετελεσμένα,
τὸ δὲ χωρίον ἀφυὲς εἰς τὸ συστῆσαι πόλιν,
μεγάλαις αἰτιάσεσι τοὺς χρήσαντας ὑπῆγεν.
οὕτω δ' αὐτοὺς κακίζοντι καὶ καταμεμφομένῳ
φωνή ποθεν ἐξ ἀφανοῦς ἠκούσθη προϊοῦσα,
ἥτις καὶ μένειν ἔλεγε καὶ πόλιν ἐκεῖ κτίζειν·
καταγωγὴν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἄρτι γενέσθαι ταύτην, P 32
ἔπειτα δὲ μετὰ καιρὸν καὶ χρόνους ἰσαρίθμους
οἷς ἂν ἡ χοῖρος ἁπαλοῖς ἐκτέκῃ δελφακίοις
ἄλλην αὐτοῖς γενήσεσθαι μεγαλοπρεπεστέραν.
ἡ μὲν οὖν χοῖρος ἔτεκεν ὅλην τριακοντάδα,
καὶ χρόνοις τόσοις ὕστερον παρὰ τῶν ἐξ Αἰνείου

1516 *κύειν* R 1517 *ἐντέρων* R 1526 *σταδίοις* R 1532 *μονὴν ἔλεγε κἀκεῖ τὴν πόλιν* M. an *ἔλεγεν ἐκεῖ καὶ πόλιν?*

tes aram exstruebant suemque feminam sacrificandam sistebant, quae gravida non iam procul a partu aberat. cumque sacrifici suem petituri mox essent, manibus illa tenentum elapsa quendam ad collem procurrit. sequebatur suem Aeneas lento nonnihil gradu, spatio inter se suemque non magno relicto data opera, ne contentione vehementiaque cursus illa perturbaretur. animadvertebat enim de hac quadrupede prolatum illud oraculum fuisse. cum ergo porca cursum non exiguum absolvisset, nimirum 24 stadia, tandem consedit; et Aeneas ea quidem quae praedicta fuerant accidisse videns, locum autem ipsum ad urbem condendam ineptum, auctores oraculi magnopere culpabat. inter has querelas alicunde vox quaedam ex obscuro loco prodiit et audita est, quae non subsistere tantum istic iuberet, sed etiam urbem condere: nam in hoc quidem tempore Troianos istic hospitium habituros, deinceps vero tot annis exactis quot enixae iam porcae fetibus numero responderent, urbem aliam longe magnificentiorem consecuturos. peperit autem porca fetus omnino triginta. totidem anni cum exiissent, Aeneae posteri civitatem Albanam,

ἡ πόλις Ἄλβα γέγονε λαμπρὰ καὶ τρισευδαίμων.
τότε δ' Αἰνείας τῇ φωνῇ τῇ θείᾳ πεπεισμένος
ἐκεῖ πολίζειν ἤρξατο πόλιν Λαουινίαν.
καί τι συνέβη θαυμαστὸν ἀξιαφήγητόν τε.
πρῶτα μὲν πῦρ αὐτόματος τῆς νάπης ἀνεδόθη,
ἔπειτα λύκος ἐκπηδῶν ποθὲν ἀπὸ δρυμῶνος
B ὕλην ξηρὰν τῷ στόματι λαμβάνων ἐπετίθει.
ἀετὸς πτερυσσόμενος, ὄρνις μεγαλοπτέρυξ,
τοῖς πτέρυξιν ἀνέκαιε τὸ πῦρ ἀναρριπίζων.
ἀλώπηξ δέ τις δολερὰ τούτοις ἀντιζηλοῦσα
καὶ τοῖς ἀνάπτουσι τὸ πῦρ ἀντιπαλαμωμένη
σβεννύειν ἔσπευδεν αὐτὸ καὶ μαρασμὸν ἐπάγειν,
τὴν κέρκον διαβρέχουσα λιβάσι ποταμίοις
καὶ ταύτῃ διαρραίνουσα τὴν ξυλοφάγον φλόγα.
ποτὲ μὲν οὖν οἱ θέλοντες ἀνάπτειν ἐπεκράτουν,
ποτὲ δ' ἐκείνων περιῆν ἡ θέλουσα σβεννύειν·
τέλος οἱ μὲν ἐνίκησαν, ἡ δ' ᾤχετο φυγοῦσα.
ταῦτ' οὖν Αἰνείας κατιδὼν ἐπίφθονον τὴν πόλιν
γενέσθαι προεφοίβασε, πολλὰ δὲ κυκηθεῖσαν
C μόλις ποτὲ καὶ σὺν μακροῖς καμάτοις ἐπαλλήλοις
καθυπερτέραν ἔσεσθαι τῶν ἐπιβουλευόντων.
Καὶ ταῦτα μὲν ἐπράχθησαν Αἰνείου περιόντος·
ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἔλιπε τὸν ταραχώδη βίον,

1546 ἀετὸς δὲ πτ. RR„ αὐτὸς δὲ πτ. A 1548 δολερῶς A
1551 ποταμίαις A 1552 ταύταις A 1556 τοῦτ' A
1557 παρεφοίβασεν A 1559 ἐπιβουλευμάτων R

sane splendidam atque opulentam, exstruxerunt. id vero temporis Aeneas divinae voci obtemperans oppidum istic condere, quod Lavinia vocatum est, coepit. acciditque mirum quiddam et commemoratione dignum. primum sponte sua exortus est ignis in luco; deinde lupus alicunde prosiliens e campo materiem siccam ore prehensam in ignem coniecit, aquila magnis alis vibratis ignem excitavit, vulpes denique fraudulenta cupido conatibus illorum obstans, et ignem accendentes dolis suis impediens, tota in eo fuit exstinguendo, petitis e flumine undis, quibus caudam madefecerat, flammam urentem respergens. hoc modo fiebat ut nonnunquam illi superiores evaderent, qui flammam accendere volebant, nonnunquam vulpes vinceret restinguendo. tandem illis victoria potitis haec fuga sibi consuluit. haec Aeneas cum aspexisset, praedixit urbem illam invidiae expositam fore, multisque turbis exagitatam vix aliquando magnis et continentibus laboribus consecuturam ut insidiatoribus suis superior evaderet.

Atque haec quidem adhuc Aenea superstite contigerunt. cum autem

υἱὸς ἐκείνου γνήσιος, Ἀσκάνιος τὴν κλῆσιν,
ἀπὸ Κρεούσης γεγονὼς τῆς θυγατρὸς Πριάμου,
τὴν πόλιν Ἄλβαν ᾤκισε σὺν τοῖς περιλειφθεῖσι.
καὶ ταύτης ἐβασίλευσεν Ἀμούλιος μετ' ἄλλων,
Νεμέτορι προσήκοντι τὰ σκῆπτρα παραρπάσας.
ἦν δ' ἀδελφὸς παλαίτερος Νεμέτωρ Ἀμουλίῳ,
οὗ παντελῶς βουλόμενος τὸ γένος ἀφανίσαι
τὸν μὲν υἱὸν προσαναιρεῖ, τὴν δέ γε θυγατέρα
ἱέρειαν πεποίηκε ναοῦ τοῦ τῆς Ἑστίας.
νενομοθέτητο δ' ἁγνὰς τὰς ἱερείας μένειν, D
παρθενικὰς καὶ καθαρὰς καὶ γάμων ἀπειράτους.
ταύτην ποτὲ πρὸς Ἄρεος ἄλσος πορευομένην
φυλάξας τις ἐπέθετο, καὶ συμφθαρεὶς τῇ κόρῃ
ἐγκύμονα πεποίηκεν. ὡς δ' ἐπεγνώσθη τοῦτο
τῷ πατραδέλφῳ βασιλεῖ, τότε μὲν ἐτηρεῖτο
μέχρις ὠδίνων καὶ καιροῦ τοῦ τῆς βρεφοτοκίας·
ἐπεὶ δ' ὁ χρόνος ἐπιστὰς ὃν ὥρισεν ἡ φύσις
γαστρὸς τὸ βάρος ἔλυσε, δίδυμα δ' ἦν τὰ βρέφη,
τὴν μὲν καθείρξας ἀσφαλῶς ὁ βασιλεὺς κατεῖχε,
τῶν δ' ἀρτιτόκων θάνατον κατέγνω βρεφυλλίων,
καὶ δίδωσι τὰ δύστηνα ῥιφῆναι καθ' ὑδάτων.
ἔρριπτο δὴ τὰ δυστυχῆ σκάφης ἐντὸς τεθέντα. P 33
ἐνταῦθα, θεία πρόνοια, κατάδηλος ὑπῆρξεν
ἡ δραστική σου δύναμις, τὸ τῆς χειρός σου κράτος.

1562 *Αἰνείου* R 1566 *προαρπάσας* M, *διαρπάσας* R 1567 *ἀμουλίου* AR 1569 *θυγατέραν* AM

ille debitum naturae persolvisset, filius eius, cui nomen erat Ascanii, de Creusa Priami filia natus, urbem Albam cum Troianis superstitibus condidit. in ea praeter alios Amulius quoque regnavlt,, qui Numitori sceptra eripuerat, fratri suo maiori natu. cumque gentem ipsius universam abolere vellet, filio fratris interfecto filiam fani Vestae sacerdotem fecit. erat autem praescriptum legibus ut eiusmodi sacerdotes Vestales pudicitiam castitatemqne suam conservarent et virgines Veneris expertes manerent. igitur accidit aliquando ut illam ad lucum Martis ambulantem quidam invaderet vitioque puellae oblato gravidam redderet. ea re cognita rex puellae patruus illam custodiri curavit, donec pariendi tempus appetiisset. id cum de naturae praescripto adesset, gemellos illa peperit. quo facto neptem suam rex inclusam arta in custodia detinuit, infantibus ad mortem destinatis, mandans ut in aquas abiecti necarentur. itaque miselli quandam in scapham impositi abiiciuntur. sed divina hic providentia conspecta est, eiusque manus et efficax omnino vis declarata.

ἡ σκάφη περιτρέπεται, ῥιπτεῖται καὶ τὰ βρέφη.
ἔκειτο δὲ κνυζούμενα καὶ τετελματωμένα.
φαίνεται λύκαινά ποθεν σπαργῶσα νεοτόκος,
βαρυνομένη τοὺς μαστοὺς τοῦ γάλακτος τοῖς ῥεῖθροις,
καὶ τὰς θηλὰς τοῖς στόμασι τοῖς τῶν βρεφῶν προσῆγε,
καὶ τὸν πηλὸν ἀπέλειχε τῇ γλώσσῃ φιλανθρώπως·
B ἦσαν γὰρ σφῶν κατάπηλα τὰ κάλλη τῶν προσώπων.
βλέπει ποιμὴν τὸ γεγονός, τὰ βρέφη περισώζει,
ἀπάγει πρὸς τὴν γαμετήν, εὑρίσκει δυσθυμοῦσαν
ὅτι νεκρὸν ἀπέτεκε, παραμυθοῦται τούτοις,
καὶ δίδωσιν ὡς ἴδια ταῦτα τὰ βρέφη τρέφειν.
ἔτρεφε ταῦτα μητρικῶς ἐκείνη καὶ γνησίως,
καὶ παρ' ἐλπίδας μήτηρ ἦν διδύμων βρεφυλλίων
ἡ πρὸ μικροῦ μηδ' ἐφ' ἑνὶ τοῦτο συγχωρηθεῖσα.
ἄλλοι δ' οὐ λύκαιναν φασιν ἐκθρέψαι τὰ παιδία,
αὐτὴν δὲ τὴν ὁμόλεκτρον Φαυστύλου τοῦ ποιμένος,
ἥτις κοινὸν τοῦ σώματος τὸ κάλλος ποιουμένη
λοῦπα κατωνομάζετο τῇ γλώττῃ τῇ πατρίῳ
C ἤτοι κατὰ διάλεκτον Ἑλληνικὴν ἑταίρα·
ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν λύκαιναν σύνηθες λοῦπαν λέγειν,
τὴν ὕβριν τὴν τῆς γυναικὸς τινες ἠγνοηκότες
λύκαιναν εἶπον τοῖς μασθοῖς τὰ βρέφη διαθρέψαι.
ὡς δ' οὖν καὶ διετράφησαν, τέως εἰς αὔξην ἦλθον

1595 παραμυθεῖται? 1596 φέρειν A 1598 ἐλπίδα R
1603 μετονομάζεται A

nam eversa scapha pueri quoque fuerunt eiecti. cumque roderet eos humor et coenum, in quo iacebant, accidit ut alicunde veniens lupa lacte turgens, quae non ita pridem pepererat ideoque lactis copia gravabatur, ubera infantum oribus admoveret, ipsumque lutum perbenigne ablingegeret, quo orant illorum ora deformata et oblita. forte pastor quidam hac re conspecta infantum saluti consulit, ad uxorem eos suam defert, quam aegro affoctam animo reperit, quod infantem mortuum edidisset. hanc eius calamitatem infantibus hisce oblatis solatur, quos suorum liberum loco educaret. illa vero materna quadam illos pietate complexa deinceps aluit, cum praeter spem gemellorum facta parens fuisset, quae non multo ante hoc nominis ne in uno quidem consequi potuerat. alii tradunt non lupam hos infantes nutrivisse, sed ipsam Faustuli pastoris coniugem; quae propterea quod corporis sui formam vulgo prostitueret, paterna gentibus illis lingua lupa fuerit appellata, qua voce scorta nuncupari consuerint, et lupae similiter, ambigua nimirum significatione. nonnulli, quod feminae petulantiam cognitam habuissent, lupam uberibus suis infantes hos aluisse prodiderunt. posteaquam educati nonnihil ado-

καὶ Ῥῶμος ὠνομάσθησαν οἱ παῖδες καὶ Ῥωμύλος,
καὶ βίον εἶχον συφορβῶν ἀγροίκων καὶ βουκόλων.
ἀγνοίᾳ δὲ Νεμέτωρος μανδρεύματα κακοῦντες,
ὃν ἔφθη μητροπάτορα τούτων εἰπὼν ὁ λόγος,
ἑάλωσαν ληστεύοντες τινῶν ἐνεδρευσάντων.
τῷ πάππῳ προσαχθέντες δὲ καὶ γνόντες καὶ γνωσθέντες
τῆς βασιλείας Ἀλβανῶν Ἀμούλιον γυμνοῦσιν,
καὶ ξίφει κατασφάττουσιν ἀφύλακτον εὑρόντες, D
τῷ σφῶν δὲ μητροπάτορι χαρίζονται τὰ σκῆπτρα.
τούτοις ὁ πάππος δεδωκὼς χρημάτων ἀφθονίαν
καὶ πᾶν τὸ συμβαλλόμενον πέμπει πρὸς ἀποικίαν.
ὁ γοῦν Ῥωμύλος παρελθὼν ἐπί τινα πολίχνην
ἀπὸ τοῦ κτίστου Πάλαντος Παλάτιον κληθεῖσαν
τὸ σχῆμα τὸ τῆς πόλεως ἐκεῖσε διαγράφει,
ἄρρενα ταῦρον καρτερὸν καὶ δάμαλιν συζεύξας,
ὧν ὁ μὲν ταῦρος ἔνευεν ἔξω πρὸς τὸ πεδίον,
ἡ τούτῳ συζυγοῦσα δὲ δάμαλις πρὸς τὴν πόλιν.
συμβολικῶς δ' ἐπηύχετο Ῥωμύλος διὰ τούτων
τοὺς ἄνδρας μὲν τοῖς ἔξωθεν γίνεσθαι φρικαλέους,
τὰς δὲ γυναῖκας ἔσωθεν γονίμους χρηματίζειν,
πιστὰς μενούσας, οἰκουροὺς καὶ φύλακας τῶν ἔνδον. P 34
ἔπειτα βῶλον τῇ χειρὶ λαβὼν ἀπὸ τῶν ἔξω
ἔνδον ῥιπτεῖ τῆς πόλεως, εὐχόμενος ἐπαύξειν
τὰ πράγματα τῆς πόλεως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων.

1527 γενέσθαι AM

levissent, indita sunt eis Remi Romulique nomina, vitam subulcorum et bubulcorum agrestem agentibus. cumque per ignorantiam Numitoris caulas affecissent detrimento, quem iam rumor erat ipsorum avum maternum esse, in illis latrociniis capti sunt a nonnullis, qui eis insidias struxerant. ad avum perducti, et ultro citroque cogniti, Amulium non tantum Albano regno spoliant, sed etiam ferro destitutum a satellitibus obtruncant, suoque avo materno sceptra restituunt. is vero cum magnas eis opes atque pecunias largitus fuisset, instructos cunctis rebus necessariis ad deducendam coloniam ablegat. quare delatus ad oppidulum quoddam Romulus, cui Palatii nomen esset ab auctore Palante, figuram urbis ibi delineat, iunctis mare tauro et iuvenca. taurus foras campum versus spectabat: iuvenca vero sub unum cum eo iugum redacta, respiciebat urbem. qua pictura, ceu notis quibusdam, innuebat optare se Romulus ut extraneis viri formidabiles essent, feminae vero domi fecundae forent, suis maritis fidae, observatrices aedium, earumque rerum custodes quae res aedibus existunt. post haec glebam extrinsecus iacentem in manum sumptam in urbem coniecit, voto concepto ut ex alienis haec res publica

καὶ ταῦτα διαθέμενος ἐν σάλπιγγι σημαίνει
τὴν κλῆσιν τὴν τῆς πόλεως, καὶ Ῥώμην ὀνομάζει.
καὶ πλῆθος συλλεξάμενος ἀπὸ τῆς περιχώρου,
ἄνδρας, γυναῖκας, μείρακας, τριγέροντας, ἐφήβους,
ἰσοπολίτας τίθησι καὶ κατοικίζει πάντας.
Καὶ πρῶτος οὗτος βασιλεὺς καθίσταται Ῥωμαίων,
καὶ μετὰ τοῦτον ὁ Νουμᾶς, καὶ μετὰ τοῦτον Τύλλος,
καὶ μετ' αὐτοὺς ὁ Μάρκιος Ἄγκος ὠνομασμένος
B (τὴν γὰρ ἀγκύλην τοῦ ποδὸς εἶχε πεπηρωμένην),
καὶ μετ' αὐτὸν Ταρκύνιος πέμπτος ἀπὸ Ῥωμύλου,
μηδὲν αὐτῷ προσήκουσαν λαβὼν τὴν βασιλείαν·
τοῖς γὰρ παισὶν ὠφείλετο Μαρκίου βασιλέως.
γαμβρὸς τοῦ Ταρκυνίου δὲ Τύλλιος μετ' ἐκεῖνον,
ὃς ἀπὸ βρέφους, ὥς φασι, κἀκ πρώτης ἡλικίας
ἐπωνομάσθη σέρβιος ὡς γεγονὼς ἐκ δούλης·
δύναται γὰρ τὸ σέρβιος δοῦλον παρὰ Ῥωμαίοις.
οὗτος συνῆψε τὰς αὐτοῦ πρὸς γάμον θυγατέρας
τοῖς βασιλέως υἱωνοῖς Λευκίου Ταρκυνίου,
ὧνπερ μιᾶς ἐπιβουλῇ καὶ τρόπῳ μιαιφόνῳ
καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ὁ τάλας ἐστερήθη.
C καὶ μετ' αὐτὸν Ταρκύνιος ὁ Σούπερβος κατῆρξεν,
ὃς προσφερόμενος ὠμῶς καὶ φιλυπερηφάνως
καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ κοινῷ Σούπερβος ἐπεκλήθη·
τὸν δ' ἀλαζόνα παρ' αὐτοῖς ἡ λέξις ἑρμηνεύει.

1647 γεννηθεὶς MR   1651 γνώμῃ AR   1655 ὠνομάσθη MR

incrementum sumeret. quibus ita peractis, signo tuba dato nomen urbis edidit, ut Roma nuncuparetur. cumquo de finitimis regionibus hominum turbam, virorum scilicet, mulierum, adolescontum, sonum iuvenumquo collogisset, omnes eodem civitatis uti iure permisit ot in coloniam rocepit.

Hoc modo primus Romulus rex Romanorum fuit. ei Numa successit, Numao Tullus, Tullo Marcius, Ancus coguomeuto, quod curvaturam pedis. quae ancyle Graecis est, mutilatam haberet. post hunc regnavit quintus a Romulo Tarquinius, potitus imperio nihil ad se pertinente: nam Marcii liberis illud debebatur. Tarquinio successit gener Tullius, qui a puero, ceu perhibent, ac prima aetato Servii nomen habuit tanquam e serva natus, quippe mancipia servi apud Romanos dicuntur. filias suas L. Tarquinii regis uepotibus nuptum dedit. earum unius insidiis et cruento consilio miser vitam cum regno amisit. secutus est eum Tarquinius Superbus in imporio, qui cognomentum hoc Superbi tulit ex eo quod crudeliter et superbo tam erga senatum quam plebem sese gereret: nam superbi apud Romanos appellantur, qui sunt arrogantes. accessit

πρὸς τοῦτον τὸν Ταρκύνιον ἀφίκετο γυνή τις
βίβλους ἐννέα φέρουσα χρησμῶν τῶν Σιβυλλείων,
ἀπεμπολῆσαι δ' ἤθελε τῷ βασιλεῖ τὰς βίβλους.
ἐπεὶ δὲ τὸ ζητούμενον ἐκεῖνος οὐκ ἐδίδου,
πυρὶ τὰς τρεῖς κατέφλεξε, καὶ πάλιν προσελθοῦσα
τιμῆς ἐπώλει τῆς αὐτῆς τὰς καταλελειμμένας.
ἀλλ' ἔδοξεν ἀσύνετος ἐν τούτῳ τοῖς παροῦσιν,
καὶ πάλιν τρεῖς πυριφλεγεῖς ἐγένοντο τῶν βίβλων.
ἦλθεν ἐκ τρίτου πρὸς αὐτόν, καὶ τῆς τιμῆς τῆς ἴσης
τὰς τρεῖς ἐδίδου τὰς λοιπάς. θαυμάσας δ' ἐπὶ τούτοις D
ὁ βασιλεύς, καὶ μάντεων πυθόμενος δοκίμων,
ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ δοθῆναι τὸ χρυσίον.
τὴν δὲ λαβοῦσαν τὸ δοθέν, καὶ μετ' ἐπιμελείας
τηρεῖν τὰς βίβλους φράσασαν, εἶδεν οὐδεὶς οὐκέτι·
αἱ βίβλοι δὲ γεγόνασι σωτήριοι τῇ πόλει.
τούτου ναὸν οἰκοδομεῖν ἐν Ῥώμῃ βουληθέντος
βόθρευμα μὲν ὠρύσσετο θεμέθλων ὑπογαίων,
τῆς δ' ὀρυγῆς ἐπὶ πολὺ τὸ βάθος προϊούσης
εὑρέθη κάτω κεφαλὴ νεοσφαγοῦς ἀνθρώπου,
αἷμα θερμὸν καὶ νεαρὸν χεόμενον δεικνῦσα,
καὶ πρόσωπον παρεμφερὲς ἔχουσα τοῖς ἐμπνόοις.
ὅπερ μαθὼν ἐν Τυρρηνοῖς δόκιμος τερασκόπος P 35
ἔφη τὴν πόλιν κεφαλὴν πολλῶν ἐθνῶν γενέσθαι,
πλὴν διὰ ξίφους καὶ σφαγῶν καὶ λιμνασμῶν αἱμάτων.

1667 μάντιων χρησάμενος δοκίμοις M   1673 ὑπογείων R

aliquando mulier quaedam, novem libros Sibyllinorum oraculorum afferens, quos regi se vendituram diceret. cum autem ille pretium ab ea postulatum non daret, igne tribus exustis, rursum rege convento priori aestimatos pretio reliquos eidem offerebat. cumque parum mentis compos esse videretur iis qui aderant, iterum tres ex iis in ignem coniectos absumpsit. hoc modo tertium regem adit, et tres solos reliquos ei pro eodem pretio venum exponit. ea res cum regi admirationi esset, probatos vates secutus aurum adnumerari mulieri iubet. quo illa recepto, cum monuisset eos libros diligenter asservandos esse, deinceps a nemine mortalium conspecta est. libri autem isti salutares urbi fuerunt. idem Tarquinius cum extruere templum Romae vellet, iamque pro subterraneis fundamentis magnam ad profunditatem fodiendo perventum foret, sub terra caput hominis recens interfecti repertum est, in quo calidus iamque primum effusus sanguis conspiceretur, et facies vivae similis. hoc cum prodigiator apud Tyrrhenos celebris accepisset, urbem Romam caput multarum gentium futuram praedixit, sed nonnisi per gladios caedes et

ἐντεῦθεν ὁ Ταρπήϊος μετωνομάσθη λόφος
ἐκ τῆς φανείσης κεφαλῆς Καπιτωλῖνος λόφος·
κάπουτ γὰρ ἡ κεφαλὴ κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν.
Χρόνοις μὲν οὖν ἐφ' ἱκανοῖς ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις,
πόλις ἡ μεγαλόπολις, ἦν ὑπὸ βασιλεῦσιν·
ἐπεὶ δὲ παρηνόμησεν ὁ παῖς τοῦ Ταρκυνίου
καὶ Λουκρητίαν ᾔσχυνε τὴν σωφρονικωτάτην,
τὴν Κολατίνου γαμετὴν ἀνδρὸς εὐγενεστάτου,
τότε δὴ πάντες εἰς ταὐτὸ Ῥωμαῖοι συνελθόντες
κατάλυσιν ψηφίζονται τοῦ βασιλείου κράτους,
B *κυροῦσι δὲ προβάλλεσθαι κατ' ἔτος κονσούλους,*
ὅπερ δηλοῖ καθ' Ἕλληνας συμβούλους ἢ προβούλους,
οὓς Ἕλληνες ὠνόμασαν ὑπάτους μετὰ ταῦτα,
τὸ μεγαλεῖον τῆς αὐτῶν ἀξίας κατιδόντες.
ἀπελαθέντων τοιγαροῦν ἐκ Ῥώμης τῶν τυράννων,
πρῶτοι τῶν ἄλλων ἔλαβον ὑπατικὴν ἀξίαν
Ταρκύνιός τε Λεύκιος, ἀνὴρ τῆς Λουκρητίας,
καὶ Λεύκιος Ἰούνιος, ὃν Βροῦτον ἐπεκάλουν.
ἀλλὰ διηγητέον μοι καὶ τὰ περὶ τοῦ Βρούτου.
Μάρκιος ἦν τις εὐγενὴς ἀνὴρ παρὰ Ῥωμαίοις,
καὶ πλούτῳ βρίθων περιττῷ καὶ δὴ τιμῇ προέχων.
τούτῳ βασκήνας ὁ δεινὸς Ταρκύνιος τοῦ πλούτου
C *αὐτὸν μὲν ξίφει δίδωσι, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν παῖδα,*

pro vv. 1681—2 unum M: *ἐντεῦθεν Καπετώλιον ὁ τόπος ὠνομάσθη.* 1683 *γὰρ*] *καὶ γὰρ?* 1698 *ἀπεκάλουν* vulgo 1701 *τῇ* RR 1702 *βασκαίνων* M

sanguinis effusiones. hinc factum ut collis, qui antea Tarpeius diceba-tur, ab illo capite deinceps Capitolium vocaretur.

Fuit autem ingens haec Romanorum urbs longo tempore sub regum dominatu. posteaquam vero Tarquinii filius improbe se gessit, et castissimam illam Lucretiam, Collatini nobilissimi viri coniugem, violavit, Romani coactis omnium ordinum hominibus regibus suam potestatem abrogarunt, decreto facto ut in annos singulos consules ab eo tempore designarentur. ea vox tantum valet ac si consultores vel provisores dicas. Graeci quidem illos deinceps hypatos, hoc est supremos, vocarunt, amplitudine dignitatis eorum considerata. pulsis igitur ex urbe tyrannis, primi consularem dignitatem consecuti sunt L. Tarquinius Lucretiae maritus, et L. Iunius cognomento Brutus; de quo mihi quaedam commemoranda sunt.

Marcius quidam Romae vir nobilis erat, tam opibus quam dignitate praestans. ei cum acer ille Tarquinius ob facultatum amplitudinem in-

γενναῖον ὄντα καὶ καλὸν καὶ ζηλωτὸν ἐν πᾶσιν
καὶ φαίνοντα παράστημα ψυχῆς ἀνδροκαρδίου,
κἂν εἰ τῷ βίῳ περιῆν οὐκ ἂν ὑπομενοῦντα
μὴ τιμωρῆσαι τῷ πατρὶ κατὰ τῶν ἀνελόντων.
αὐτὸν μὲν οὖν τὸν Μάρκιον Ταρκύνιος κτιννύει,
τὸν δ' ὄλβον μετατίθησιν ἐν δόμοις βασιλείοις.
ὁ Βροῦτος οὗτος τοιγαροῦν παῖς ὑπάρχων Μαρκίου,
καὶ κατιδὼν τὴν τοῦ πατρὸς σφαγὴν ἀδικωτάτην,
καὶ συνιδὼν ὡς νουνεχὴς ὅτι συγκινδυνεύσει
σὺν τῷ πατρὶ καὶ τἀδελφῷ καὶ συναποθανεῖται,
βουλὴν βουλεύεται καλήν· πλάττεται γὰρ μωρίαν
καὶ σκέπτεται παράνοιαν, κἀντεῦθεν ἀποφεύγει
τὸ προσδοκώμενον κακόν, τὸν ἐκ τοῦ ξίφους πότμον. D
ἐντεῦθεν κατωνόμαστο τοῖς ἀγνοοῦσι Βροῦτος·
δηλοῖ δ' ἡ λέξις τὸν μωρὸν καὶ φρένας βεβλαμμένον.
μετάγει δ' οὖν Ταρκύνιος τοῦτον ἐν ἀνακτόροις,
κήδεσθαι μὲν ὡς συγγενοῦς κἀκ τῶν αὐτῶν αἱμάτων
τοῦ Βρούτου προσποιούμενος καὶ δῆθεν κατοικτείρων,
τὸ δ' ἀληθὲς βουλόμενος συμπαίστορα τοῖς τέκνοις
τοῖς ἑαυτοῦ χαρίζεσθαι ψυχαγωγίας χάριν,
οἷς καὶ συνὼν γελοιασμοὺς καὶ παιδιὰς προυξένει.
ἀποσταλέντων δέ ποτε τῶν παίδων Ταρκυνίου
ἐπὶ Δελφοὺς ὡς πεύσαιντο περὶ λοιμώδους νόσου,
καὶ Βροῦτος συνεπέμπετο τέρψων αὐτοὺς παιγνίοις.

1705 *φέροντα* R 1713 *σὺν*] *καὶ* R 1719 *ἐπάγει* R
1721 *κατοικτεῖραι* M

videret, hominem una cum filio perimit, iuvene generoso, pulchro, apud omnes amabili, iamque fortitudinis animi certa quaedam indicia de se praebente; quae ipsa res ei mortem attulerat, metuente Tarquinio ne, si superstes relinqueretur, handquaquam sibi temperaret quo minus se de patris interfectoribus ulcisceretur. hoc pacto cum Marcium Tarquinius e medio sustulisset, opes eius in aedes regias transfert. habebat autem Marcius alterum quoque filium Brutum, qui caede patris iniustissima considerata, simulque sapienter animadverso futurum ut idem cum patre ac fratre mortis periculum adiret, consilium longe pulcherrimum capit. nam stultitia vesaniaque simulata, quod imminebat malum, evadit. hinc apud ignaros Brutus appellabatur, quae vox stultum et amentem significat. eum Tarquinius in regiam ad se transtulit, simulans quidem se Bruti curam gerere, cuius ipsum miseresceret ob generis propinquitatem (erant enim eodem orti sanguine), reapse vero cupiebat cum filiis suis collusorem dare, de cuius consuetudine voluptatem caperent. itaque versabatur inter liberos regios, eisque ludendi et ridendi materiem suppeditabat. cum autem aliquando filii Tarquinii Delphos ab-

P 36 οἱ μὲν οὖν τὸν Ἀπόλλωνα δώροις ἐδεξιοῦντο,
ὁ Βροῦτος βακτηρίαν δὲ ξυλίνην διατρήσας
ὅλην δι' ὅλης ὡς αὐλὸν χρυσῆν ἔκρυψε ῥάβδον,
καὶ ταύτην ὡς ἀνάθημα κεχάριστο τῷ Φοίβῳ.
ἀλλ' οὗτοι τὴν εὐμήχανον σοφίαν τὴν τοῦ Βρούτου
καὶ τὸ στεῤῥὸν καὶ δυνατὸν μηδ' ὅλως ἐπιγνόντες
κατέπαιζον ἐτώθαζον ὕβριζον ἐμωκῶντο
τοιοῦτον προσενέγκαντα τῷ χρησμοδότῃ δῶρον.
μέλλοντες δὲ τοῦ Δελφικοῦ τεμένους μεταβαίνειν
ἠρώτων τὸν Ἀπόλλωνα τίς τῶν Ῥωμαίων ἄρξει.
ὁ δ' ἀπεφοίβασε τρανῶς, ὃς πρῶτος τὴν μητέρα
φθάσει περιπτυξάμενος. συνῆκεν οὖν ὁ Βροῦτος,
B ἐκεῖνοι δ' οὐκ ἐπέγνωσαν τί τῷ χρησμῷ δηλοῦται.
κοινῇ δὲ σχεῖν βουλόμενοι τὸ κράτος καὶ τὸ στέφος
ἅμα συνέθεντο τὴν σφῶν προσπτύξασθαι μητέρα.
καὶ μέντοι προσεπτύξαντο. Βροῦτος δ' ἐκβὰς τοῦ σκάφους,
πρηνὴς πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκείνην κατεφίλει.
Εἶχε μὲν οὖν προσποίητον ὁ Βροῦτος τὴν μωρίαν·
ὡς δ' ἐφημίσθη τὸ συμβὰν περὶ τὴν Λουκρητίαν,
τὸ πᾶν ἐδημοσίευσε, καὶ πρῶτος ἐφορμήσας
καὶ συγκαλέσας τὴν πληθὺν καὶ λόγοις ἐφοπλίσας

1733 συνετὸν AM 1734 μετέπαιζον A 1735 ἐπιφέροντα M
1737 τίς κρατήσει Ῥωμαίων ARR

legarentur a patre, sciscitatum Apollinis oraculum de morbo pestilente, qui tum grassabatur, etiam Brutus eis adiunctus est, qui ridiculis ipsos exhilararet. illi Delphos ingressi muneribus Apollinem sibi conciliabant. Brutus autem ligneo baculo perforato virgam in eo prorsus auream tibiae in modum abdebat, eamque Phoebo tanqnam donarium dicabat et offerebat. astutam hanc callidamqne Bruti sapientiam, solidi plenam ingenii, cum illi nequaquam animadverterent, hominem irridebant insectabantur exagitabant subsannabant, qui munus eiusmodi oraculorum auctori obtulisset. inde iam e templo Delphico discessuri Apollinem interrogabant, quisnam ex iis Romanorum imperio potiturus esset. ad ea respondebat Apollo perspicue, futurum ut hoc illi contingeret qui prior matrem complexus fuisset. mox Brutus animadvertit quid hoc oraculum sibi vellet, illis rem totam ignorantibus. cumque placuisset ut aequa potestate imperium administrarent, decreverunt omnes simul matrem amplecti, sicut etiam fecerunt. at Brutus, ubi primum e navi fuisset egressus, pronus in terram cecidit et eam exosculatus est.

Hoc modo Brutus data opera stultus erat. verum posteaquam de eo rumor fuisset diditus, quod acciderat Lucretiae, primus rem publicam capessebat, populum excitabat convocabat perorando armabat,

κατάλυσιν ἐπενέγκειν ἴσχυσε τοῖς τυράννοις,
τῷ Ταρκυνίῳ δή φημι καὶ τοῖς ἐκείνου τέκνοις.
Μετὰ γοῦν τὴν κατάλυσιν ὕπατοι πάντων πρῶτοι
Ῥωμαίοις κατεστάθησαν Βροῦτος καὶ Κολατῖνος, C
καὶ μετ᾽ ἐκείνους ἕτεροι, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς παντοῖοι,
Κάσιοι καὶ Κικέρωνες καὶ Λεύκολοι καὶ Κάτλοι,
Κάτωνες καὶ Σκηπίωνες, Πομπήϊοι καὶ Σκαῦροι.
ἡ τηλικαύτη γοῦν ἰσχὺς καὶ τὸ τοσοῦτον κράτος
ἐν ἔτεσιν ἑξήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις
καὶ πρὸς ἑτέροις τέσσαρσιν οὕτως ἐκυβερνᾶτο
μέχρις Γαΐου Καίσαρος, ὅστις τὴν ὑπατείαν
εἰς βασιλείαν ἤμειψε καὶ καταδυναστείαν.
εἰ δέ ποτε κατήπειξε πραγμάτων ἀστασία
καὶ τὸ πολύστροφον αὐτῶν καὶ τύχης δυσκληρία,
συνερχομένης τῆς βουλῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπάτων,
δικτάτωρ εἷς ἐγένετο πάνταρχος αὐτοκράτωρ
(τὴν δ᾽ ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν ἡ λέξις ἑρμηνεύει D
καὶ τὴν αὐτοκρατορικὴν πάντων οἰκονομίαν)·
τῆς ζάλης τῶν πραγμάτων δὲ καταστορεννυμένης
τὸ κράτος ἀπετίθετο τῆς αὐτοκρατορίας.
Γάϊος δὲ γενόμενος δικτάτωρ αὐτοκράτωρ,
καὶ κατατροπωσάμενος μυρίας ἐθναρχίας,
καὶ τῶν Ῥωμαίων τὴν ἰσχὺν ἄχρις αὐτῶν Γαδείρων
καὶ μέχρι καὶ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα πλατύνας,
μετὰ τὰς νίκας φθονηθεὶς καὶ τὰς τροπαιουχίας,

1755 Πομπήοι τε καὶ RR 1758 ἐκυβερνῶντο R 1771 μέχρις R

efficere denique poterat ut imperium tyrannis, Tarquinio nimirum eiusque liberis, abrogaretur.

Post hanc abrogationem primi apud Romanos consules creati sunt Brutus atque Collatinus. eos alii secuti sunt omnis generis, Cassii, Cicerones, Luculli, Catuli, Catones, Scipiones, Pompeii, Scauri. ac tanta sane potentia tantumque imperium 464 annis hoc pacto administratum est, ad Gaium usque Caesarem, qui consulatum in regnum dominatumque peculiarem convertit. quodsi aliquando rerum instabilitas et iniquitas fortunae sic postularet, conveniente senatu et consulibus dictator unus summa cum potestate creabatur, qua quidem voce significatur imperium rationibus reddendis haud obnoxium et administratio rerum omnium imperatoria. deinde hac tempestate sedata dictator se magistratu abdicabat. Gaius autem Caesar, cum dictator creatus summam hanc potestatem accepisset, de sexcentis nationibus victis tropaea statuisset, Romanorum potentiam ad ipsa usque Gadira solemque orientem prolatasset, post tot victorias et tropaea petitus invidia, sententiam longe iniquissimam con-

καὶ πρός τινων ἀναμαθὼν (οἷα τυρεύεις, φθόνε!)
ὡς κατ' αὐτοῦ κεκύρωται ψῆφος ἀδικωτάτη,
πρὸς τῶν πραγμάτων βιασθεὶς χωρεῖ πρὸς τυραννίδα,
P 37 *καὶ συμπλακεὶς τοῖς κατ' αὐτοῦ γενναίως ἐπιοῦσι,*
καὶ καταγωνισάμενος καὶ πάντων κυριεύσας,
τὸ κράτος περιζώννυται τῆς αὐτοκρατορίας.
Οὗτος ὁ Καῖσαρ παιδικὴν ἄγων τὴν ἡλικίαν
καθ' ὕπνους ἔδοξεν ἰδεῖν πρᾶγμα δηλοῦν τὸ μέλλον,
ὡς τῇ μητρὶ μιγνύοιτο καὶ συνασχημονοίη.
ἐτέχθη δὲ κἀν τοῖς αὐτοῦ τέρας ἱπποφορβίοις,
ἵππος βοείαις ἐν χηλαῖς τοὺς πόδας ὡπλισμένος,
μόνον δ' αὐτὸν ἐδέχετο Γάϊον ἀναβάτην,
καθάπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἵππος ὁ Βουκεφάλας.
Τούτῳ τῷ Καίσαρι καινὸν τοιοῦτόν τι συνέβη.
γυνή τις ἐπαφρόδιτος συνέζευκτο γαμέτῃ·
Νέρων ὁ ταύτης ἦν ἀνήρ, ἐκείνη δὲ Ἰουλία.
B *ταύτην τεκοῦσαν Νέρωνι τῷ συνοικοῦντι παῖδα*
καὶ πάλιν σχοῦσαν ἐν γαστρὶ καὶ τὴν νηδὺν πλησθεῖσαν
καὶ τῆς ἐγκυμονήσεως ἄγουσαν ἕκτον μῆνα
ὁ Καῖσαρ ἤθελε λαβεῖν εἰς γάμου κοινωνίαν,
καὶ Νέρωνα κατήπειγεν αὐτῷ κατεγγυῆσαι
τὴν γαμετὴν καὶ πατρικῶς ταύτην νυμφοστολῆσαι.
πείθεται Νέρων, οὐχ ἑκὼν δίδωσι τὴν γυναῖκα.
ἡ δ' ἐπιστάντος τοῦ καιροῦ τίκτει παιδίον ἄρρεν.

1786 *Βουκεφάλος* M 1789 *ὁ ταύτης*] *ἐκείνης* M 1797 *βρεφίον* M

tra se latam audiens, rebus ipsis ita cogentibus ad tyrannidem occupandam animum adiecit. cumque manum cum iis conseruisset qui magnis freti viribus eum invadebant, omnesque devictos in potestatem redegisset, dominatum imperatorium in se translatum usurpavit.

Quo tempore puerilem adhuc aetatem agebat, visus est sibi per quietem aliquid videre, quo secuturus hic eventus indicaretur, nimirum se citra pudorem ullum matris amplexibus usum fuisse. praeterea natum est in eius equili prodigium, videlicet equus, cuius pedes ungulae bubulae munirent, et qui solum Caesarem vectorem acciperet, quemadmodum Bucephalus solum Alexandrum admittebat.

Eidem Caesari novum quiddam huiusmodi accidit. erat venusta mulier Iulia cum marito Nerone nupta, cui posteaquam liberos aliquos peperisset ac rursus uterum sexto iam mense ferret, Caesar eam sibi coniugem poscebat, et Neronem urgebat ut uxorem suam ipsi, tanquam si pater esset, desponderet. paret invitus Caesari Nero, coniugem ei suam tradit; quae ubi pariendi tempus appetiisset, filium marem edidit.

κἀντεῦθεν ἐξενήνεκτο δημώδης παροιμία
"τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ λαμπροῖς καὶ τρίμηνα παιδία."
Τῶν γοῦν κατὰ τὸν Καίσαρα τοῦτον ἱστορηθέντων C
λοιπὸν διηγητέον μοι πόθεν ἐκλήθη Καῖσαρ.
οἱ μέν φασιν ὡς τῆς μητρὸς κατὰ γαστρὸς ἐχούσης
καὶ μὴ φθασάσης ἐκτεκεῖν, ἀλλὰ προαπελθούσης,
ἀνέτεμον οἱ προσγενεῖς ἐκείνης τὴν γαστέρα,
καὶ ζῶν ἐκεῖθεν ἔμβρυον καὶ πνέον ἐξελόντες
Καίσαρα κατωνόμασαν ὡς ἀνατετμημένον.
ἄλλοι δὲ πάλιν λέγουσι τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην
Ῥωμαίους λέγειν καίσαριν· Καῖσαρ γοῦν ἐπεκλήθη
Γάϊος ὡς εὐπλόκαμος ἢ μᾶλλον ὡς δασύθριξ.
ἕτεροι δὲ Ῥωμαϊκὰς γράψαντες ἱστορίας
φασὶν ὡς τούτου προσγενὴς τοῦ Καίσαρος Γαΐου
τρισαριστεὺς ἀναφανείς, ὅτε Καρχηδονίοις
Ῥωμαῖοι συνεπλέκοντο, καὶ δόρατι καιρίως D
βαλὼν τὸν ἀνταγωνιστὴν καὶ κατατραυματίσας
ἐλέφαντος ὀχούμενον ἄνωθεν εὐρυστέρνου
αὐτῷ πρὸς γῆν κατήνεγκεν ἐλέφαντι, κἀντεῦθεν
ἔσχεν ἀρχὴν τὴν Καίσαρος λαμπρὰν προσωνυμίαν·
καίσαρες γὰρ ἐλέφαντες τοῖς Φοίνιξι καλοῦνται.
ἐκ τοῦ προγόνου τοιγαροῦν τοῦ προηριστευκότος
Καίσαρες ἐπεκλήθησαν οἱ προσγενεῖς ἐκείνῳ,
τιμὴν μεγίστην ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν προξενοῦντες.

1805 ἐκεῖνον M 1808 καισάρην M 1810 γράφοντες M
1816 κατέρραξεν R

unde vulgo tritum illud proverbium natum est: "nobilibus et splendidis etiam mense tertio liberi nascuntur."

Licet autem his de Caesare proditis illud etiam adiungere, unde Caesaris nomen habuerit. sunt qui tradant eius matrem gravidam eniti non potuisse, sed fuisse ante partum exstinctam; quo factum sit ut eius propinqui iuberent uterum aperiri. de quo cum fetus vivus prodiisset, Caesarem dixere tanquam excisum. alii volunt comam capitis apud Romanos caesariem appellari, Gaiumque Caesaris nomen habuisse, quod pulchra densaque caesarie praeditus esset. denique nonnulli sunt rerum Romanarum scriptores, qui memoriae prodiderunt fuisse quendam Gai Caesaris gentilem, qui praeclaris facinoribus editis eo tempore quo Romani et Carthaginenses bellum inter se gerebant, etiam letali hastae vulnere adversarium elephanto insidentem una cum ipsa bellua in terram prostraverit, indeque gloriosum Caesaris cognomentum acceperit: nam eo vocabulo Poenis elephantos appellari. ab hoc igitur ceteros gentiles atque posteros ipsius Caesares fuisse dictos, honoris ab eodem non parum consecutos.

Περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς· ἡμῖν δ' ἐπανιτέον
ἐπὶ τοῦ λόγου τὸν εἱρμόν. μέλλοντος γὰρ ἐκθνήσκειν
τοῦ καλλινίκου Καίσαρος τοῦ τολμηροκαρδίου,
ἔδοξε βλέπειν ἡ γυνὴ τούτου κατὰ τοὺς ὕπνους
P 38 κατὰ τῆς τούτου κεφαλῆς πεσοῦσαν τὴν οἰκίαν,
τὸν ἄνδρα δὲ κατάρρυτον αἵμασι γεγονότα
οἰκτρότατα καταπεσεῖν ἐπὶ τοὺς ταύτης κόλπους.
ἐσφάγη γοῦν ἐλεεινῶς τῆς ἀγορᾶς ἐν μέσῳ,
ἐπιθεμένων δολερῶς Κασίου τε καὶ Βρούτου.
Γαΐου τοίνυν Καίσαρος οὕτως ἀπολωλότος
ἀδελφιδοῦς εἰσποίητος υἱὸς ἐκείνου, Καῖσαρ
ὁ σεβαστὸς ἐπικληθείς, ἐλάβετο τῶν σκήπτρων,
τὸ μὲν Ὀκτάβιος αὐχῶν ὡς κύριον ἐκ βρέφους,
Αὔγουστος μετὰ ταῦτα δὲ κληθεὶς ὡς ηὐξημένος.
οὗτος ὑπῆρξε μόναρχος εἰς πλέον ἐκταθείσης
B καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς εἰς ἄκρα γῆς φθασάσης.
τοῦτον ἡ μήτηρ κύουσα κατεῖδεν ἐν ὀνείροις
σπλάγχνον αὐτῆς εἰς οὐρανὸν ὡς ἁρπαγὲν ἀνέπτη.
ἄρτι δ' ἐκκύπτοντος ὑγρῶν ἐκ μητρικῶν θαλάμων,
ἔδοξε βλέπειν ὁ πατὴρ αὐτοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους
ὡς ἐκ τῶν κόλπων ἔφαυσε τῆς τούτῳ συνοικούσης
ἥλιος ὁ τερψίμβροτος ὁ μέγας ἡμεράρχης.
ὡς δὲ προῆλθε βράδιον ἐκ τῆς οἰκίας τότε,
ἀστεροσκόπῳ ἐντυχὼν ἤρετο τὴν αἰτίαν.
ἐκείνου δὲ τὴν γέννησιν τοῦ βρέφους ἐπειπόντος

1824 καρτεροκαρδίου ARR 1828 κατὰ M 1837 ἀρχῆς καὶ τῆς ζωῆς εἰς ἄκρον R 1840 δὲ κύπτοντος AM, δ' ἐκπίπτοντος R 1845 ἀστεροσκόπος?

Ac de his quidem dictum satis: nunc ad oration's seriem redeamus. cum morti vicinus esset victoriosus ille fortisque Caesar, uxor eius per quietem videre visa est gladium in caput ipsius delabentem, maritum vero sanguine perfusum in sinum uxoris miserrime se demittentem. secundum haec in medio foro miserabiliter caesus est, insidiis a Cassio Brutoque structis.

Hoc modo cum Gaius Caesar interiisset, filius eius adoptivus, Augustus Caesar e Gai sorore natus, in imperio successit; qui cum a puero nomen Octavii tanquam sibi proprium habuisset, deinceps Augustus dictus est velut auctus. solus dominatu potitus est in vita longaeva et imperio ad extremos terrae fines prorogato. cum mater eo gravida foret, vidit in somnis viscus suum in caelum raptum subvolare. deinde illo ipso momento quo ex alvo materna prodibat, pater videre visus est e sinu coniugis solem ortum lucere. cumque tardius illo die domo exiret, quidam astrologus obviam factus cur serius prodiret interrogabat:

καὶ τὰ μεγάλα φράσσοντος αὐτῷ τῶν ὀνειράτων,
βαρυπενθήσας ὁ πολὺς ἐκεῖνος ἀστρολόγος
"ἄνθρωπε, τί πεποίηκας;" ἀνέκραγεν ἐκ βάθους·
"δεσπότην ἀπεκύησας ἡμῖν καὶ βασιλέα." C
τοῦ δὲ παιδὸς ἐλαύνοντος εἰς αὔξην ἡλικίας,
κἂν τοῖς ἀγροῖς διάγοντος σὺν τοῖς αὐτοῦ τοκεῦσιν,
καὶ τερπομένου θερισταῖς καὶ τοῖς ἀμαλλοδέταις,
καὶ ταῖν χεροῖν ἐμφέροντος ἄρτον καὶ σιτουμένου,
ἄφνω ῥοιζήσας ἀετὸς ἀφήρπασε τὸν ἄρτον,
καὶ πτερυχθεὶς μετάρσιος ἐπῆρτο πρὸς ἀέρα,
καὶ πάλιν ἐπικαταπτὰς ἀπέδωκε τὸν ἄρτον.
ἐπεὶ δὲ πρὸς βασίλειον ὕψος ἀναβεβήκει,
θυμώδης ἦν, ἀκρόχολος, ὀργίλος, ὁρμητίας,
καὶ πάλιν εὐμετάφορος ἐγίνετο καὶ πρᾶος.
ὡς οὖν ἐκάθητό ποτε δικοθετῶν καὶ κρίνων
καὶ πότμον ἀπεφήνατο κατὰ πολλῶν ἀνθρώπων,
ἀνὴρ Μηκίνης τις σοφὸς μὴ σθένων πλησιάσαι D
καὶ νουθετῆσαι Καίσαρα (τὸ πλῆθος γὰρ ἀπεῖργε)
χάρτῃ πιστεύει γράμματα, σφραγῖδι σημειοῦται.
ἔλεγε δὲ τὰ γράμματα "δήμιε, παῦσαι κρίνων."
καταστοχάζεται καλῶς, τὸν χάρτην ἀκοντίζει.
καὶ Καῖσαρ τοῦτον κατιδὼν τὴν δέλτον ἀναπτύσσει,
καὶ τοῖς γραφεῖσιν ἐντυχὼν ἀνίσταται τοῦ θρόνου,
καὶ τίθησιν ἀκύρωτα πάντα τὰ ψηφισθέντα.

1856 πτερυσθεὶς A 1868 τὸν χάρτην R

quo indicante natum esse sibi filium, graviter suspirans astrologus, artis suae peritia celebris, "quid hoc rei est?" exclamat. "dominum atque regem nobis genuisti." iam cum puer adolevisset, ac in praediis paternis degens messoribus et manipulorum colligatoribus oblectaretur, forteque panem aliquando manibus gestaret eoque vesceretur, superne delata in ipsum magno cum strepitu aquila panem eripuit, moxque complosis alis in aëra sublimis avolavit, deinde vicissim sese demittens panem ei reddidit. ad imperium ubi pervenisset, iracundus admodum erat, biliosus, et iusto quidem concitatior: sed rursus ad sese facile redibat et mitescebat. quare cum aliquando pro tribunali sederet causasque cognosceret ac multos mortales capitis damnaret, vir quidam sapiens, cui Maecenatis esset nomen, propius accedendi potestatem non habens ut Caesarem moneret (nam excludebatur ab ingenti hominum multitudine) literas quasdam in chartam perscribit, eamque deinceps obsignat. eae literae sententiam huiusmodi continebant "desine iudicem agere, carnifex." hanc chartam directo in Caesarem eiaculatur, qua conspecta et resignata, verbisque perscriptis in ea lectis, de tribunali surgit, quaeque prius erant decreta, tanquam irrita revocat.

Τούτῳ συνῆν διδάσκαλος Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος,
τὴν κλῆσιν Ἀθηνόδωρος, πάσης σοφίας πλήρης,
καὶ τρόπους ἱκανώτατος ῥυθμίζειν καὶ παιδεύειν.
οὗτος ἐρωτοκράτητον τὸν Καίσαρα γινώσκων
καὶ τὸ μὲν ὅλον πορνικόν, τὸ δὲ τῶν ἄλλων χεῖρον,
P 39 *ὀρεκτιῶντα γυναικῶν ἀνδράσιν ἐζευγμένων,*
καὶ τοὺς ὁμόζυγας αὐτῶν ὑπηρετεῖν τῷ μύσει
δεσποτικῶς προστάττοντα καὶ τυραννικωτέρως,
ἀπάγειν τοῦτον ἔσπευδε τῆς λύσσης τῆς τοῦ πάθους.
ἐπεὶ δ' οὐ μετετίθετο Καῖσαρ τοῦ φαύλου βίου,
ὁ θαυμαστὸς καθηγητὴς τοιοῦτόν τι τεχνᾶται.
ἰδὼν ὀλοφυρόμενον ἄνθρωπον καὶ θρηνοῦντα
τῶν τῆς συγκλήτου καὶ λαμπρῶν καὶ τῶν εὐτυχεστέρων
(καὶ γὰρ αὐτῷ προστέτακτο φορείῳ καταστέγῳ
τὴν γαμετὴν ἐγκλείσασθαι καὶ τῷ κρατοῦντι πέμψαι)
B *παρεγγυᾶται μὴ πενθεῖν μηδὲ βαρέως φέρειν,*
αὐτὸν δ' ἀντὶ τῆς γυναικὸς ἐγκλεῖσαι τῷ φορείῳ
καὶ στεῖλαι πρὸς τὸν Καίσαρα· τοῦτο γὰρ δέον εἶναι.
καὶ μόλις μέν, συμπείθει δ' οὖν. τίνα τὰ μετὰ τοῦτο;
εἴσεισιν Ἀθηνόδωρος, εἴσεισι ξίφος φέρων.
πέμπεται πρὸς τὸν Καίσαρα σημειωθεὶς σφραγῖδι.
ὁ Καῖσαρ ὑποδέχεται, ῥήγνυσι τὰς σφραγῖδας.
ἔξεισιν Ἀθηνόδωρος τὸ ξίφος ἐπισείων.
θαμβεῖται Καῖσαρ κατιδών, τῷ δέει κρυσταλλοῦται.

1877 τῇ πράξει R 1888 εἶναι δέον AR 1889 ταῦτα RR

Habebat idem Caesar magistrum quendam secum, Alexandrinum patria, nomine Athenodorum, omni sapientia et doctrina excultum, formandorumque morum longe peritissimum. hic cum animadverteret Caesarem in libidines et scortationes propensum esse, ac praesertim in peiori delinquere, quod mulieres maritatas appeteret, earumque coniuges cogeret ut huic improbo facinori subservirent, non heriliter eis tantum imperans sed etiam more tyrannico, totus in hoc erat ut Augustum ab eo furore vitioque revocaret. cum autem Caesar vitam sceleratam missam non faceret, admirandi praeceptor ingenii quiddam tale molitur. forte plorantem ac lamentantem conspiciebat hominem senatorium, lauta fortuna, clarum. quippe mandatum ei fuerat ut in operta lectica conclusam uxorem imperatori mitteret. eum Athenodorus hortari ne ploraret neve rem illam aegro ferret animo: se tantum uxoris loco lecticae includeret Caesarique pro eius imperio mitteret. vix hoc quidem homini, sed tamen persuadet. quid inde factum? lecticam Athenodorus ingreditur gladium tenens, sigillo obsignatus ad Caesarem mittitur; Caesar lecticam accipit, sigilla revellit; exit Athenodorus gladium quatiens; Caesar eo conspecto non tantum obstupescit, verum etiam metu congelascit:

ὅρκοις αὐτὸν καταδεσμεῖ μηκέτι τοῦτο πρᾶξαι
μηδ᾽ ἀλλοτρίαις τοῦ λοιποῦ καταχρανθῆναι κοίταις.
Οὗτος πολὺν τῷ Καίσαρι συνδιατρίψας χρόνον,
καὶ μέλλων ἀπαλλάττεσθαι πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην,
ἐπείπερ εἶδε Καίσαρα δύσοργον καὶ θυμώδη
καὶ τάχιον ἐκφέροντα τὰς κολαζούσας ψήφους, C
ταχέως δὲ τὴν τοῦ θυμοῦ πυρκαϊὰν σβεννύντα
καὶ τρόπους μεταπίπτοντα πρὸς φιλανθρωποτέρους,
κύψας αὐτοῦ πρὸς ἀκοὰς ὡς δὴ καταφιλήσων
"ὦ Καῖσαρ" ἔφη "σεβαστέ, τοῦτό σοι λείπει μόνον·
μὴ πρὶν τὰς ψήφους ἔκφερε πρὶν ἐν σαυτῷ λαλήσῃς
τὸν τῶν γραμμάτων ἀριθμὸν τῶν εἴκοσι τεσσάρων."
ὁ δὲ στενάξας βύθιον καὶ πρὸς ἐκεῖνον βλέψας
"ἔτι σου χρῄζω τῆς καλῆς" ἔφη "παιδαγωγίας.
καὶ πάλιν ἔσο σὺν ἐμοί, καὶ Ῥώμη σε καθέξει."
Οὗτος ὁ Καῖσαρ ἤλαυνε τοὺς μετεωρολέσχας,
μόνους κυδαίνων τοὺς σοφοὺς τιμαῖς ταῖς προσηκούσαις.
τοσοῦτον δὲ πεφίλητο παρὰ τῶν ὑπηκόων, D
ὥστε τὸν βίον ἐκλείπειν μέλλων ἀνὴρ Ῥωμαῖος
ἐπέτρεψε τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ καὶ διαδόχοις
χαριστηρίους τοῖς θεοῖς προσενεγκεῖν θυσίας,
ὅτι, φησί, τὸν σεβαστὸν ζῶντα καταλιμπάνω.
Ὡς δὲ καὶ Καῖσαρ ἔμελλεν ἀπαίρειν τῶν ἐνθάδε,

1903 *ὡς δὴ*] *δῆθεν* R   1905 *ταὐτῷ* A   1909 *ἔση* A
1915 *ἐπενεγκεῖν* R

sacramentis semet obstringit, quibus nihil eiusmodi se deinceps commissurum pollicebatur, nec toros alienos amplius contaminaturum.

Cum autem longo tempore vixisset apud Caesarem Athenodorus, iamque reversurus in patriam esset, quia Caesaris iracundiam bilemque norat, quodque celeriter admodum sententias poenales ferret ac vicissim extincto iracundiae rogo ad mores humaniores rediret, admoto eius auribus capite tanquam ipsum deosculaturus "Auguste Caesar" inquit, "unum modo tibi deest. cave prius sententias tuleris, quam 24 literarum nomina tecum ipse recitaveris." tum ille gemitu ex imo corde ducto Athenodorum intuitus "adhuc" ait, "tuae praeclarae institutionis egeo. quapropter amplius apud me tibi vivendum Romaeque haerendum erit."

Hic Caesar eos profligans et eiiciens qui de rebus sublimibus et caelestibus atroganter nugantur, solos viros sapientes ac doctos honoribus afficiebat. tam carus autem subditis erat, ut Romanus quidam in fata concessurus liberis suis atque posteris mandaret ut gratiarum actionis ergo sacrificia diis offerrent, quod moriens Augustum incolumem post se relinqueret.

Caesar ipse de vita migraturus adstantibus sibi consulibus et plebeia

παραστησάμενος αὐτῷ δημότας σὺν ὑπάτοις
"πηλίνην" ἔφησεν "εὑρὼν τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν
καλλίεργον πεποίηκα λιθίνην στερεμνίαν.
ἐπεὶ δὲ καὶ μεθίσταμαι τῆς τύρβης τῶν πραγμάτων,
κροτῆσαι βούλομαι πολλοὺς ἐπὶ τῇ τελευτῇ μου
καὶ χρήσασθαι γελοιασμοῖς καὶ κροταλίσαι χεῖρας
ὡς ἐπὶ μίμου τελευτῇ γελοιαστοῦ καὶ παίκτου."
P 40 καὶ ταῦτα διετάξατο τοῦ βίου καταπαίζων.
ἐφ' ὅλοις δὲ πεντήκοντα σὺν ἓξ κρατήσας χρόνοις
τὴν ὀφειλὴν ἀπέδοτο, κατέβαλε τὸ χρέος.
Τούτου τοῦ Καίσαρος ἀρχῆς τοῖς σκήπτροις ἐφεστῶτος
ἐν ἔτει τεσσαρακοστῷ ναὶ μὴν πρὸς τῷ δευτέρῳ
ὁ συναΐδιος πατρὶ καὶ κοσμοκτίστωρ λόγος,
εἰσδὺς νηδὺν τὴν καθαρὰν νεάνιδος ἀφθόρου,
τὴν σάρκα συνεπήξατο ταύτης ἐκ τῶν αἱμάτων,
καὶ σὺν αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ἐπέφαινεν ἀνθρώποις,
θεότητι παντέλειος καὶ φύσει βροτησίᾳ.
Τοῦ σεβαστοῦ δὲ Καίσαρος τὸν βίον ἐκλιπόντος
B ἀρχηγετεῖ Τιβέριος, ὃς τὰ μὲν πρῶτα πρᾶος
ὑπῆρχε καὶ μειλίχιος καὶ τρόπου φιλοδώρου,
ἀλλ' ὕστερον ἐξώκειλεν εἰς ἦθος μιαιφόνον
καὶ γνώμην ὑπομόχθηρον καὶ ῥυπαροψυχίαν.
ἄρτι δὲ τέως παρελθὼν ἐπὶ τὴν βασιλείαν
οὕτως ὑπερπεφίλητο τοῖς ὑπὸ χεῖρα πᾶσιν

1919 τὴν πόλιν τῶν Ῥωμαίων R 1922 καλῆς vel καλῶς M
1923 χεῖρε M 1925 διετάττετο ARR vv. 1926-7 om RR
v. 1929 om RR 1933 ἐπέφανεν ARR

"quam luteam" inquit "inveni Romanam urbem, eam pulchris exornatam turribus lapideam firmamque reddidi. et quoniam mihi nunc e turba rerum humanarum erit excedendum, multos in obitu meo plausum edere volo ac ludos facere tanquam in mimi et ludionis obitu." quae quidem proferebat tanquam vitae mortalium illudens. cum autem totos 56 annos imperasset, naturae debitum persolvit.

Eodem Caesare potiente rerum coaeternus ille patri sermo, conditor mundi, castam incorruptae iuvenculae alvum ingressus ex eius sanguine carnem sibi compegit, cum qua inter homines conspectus est, tam divinitate quam humana natura plane perfectus.

Posteaquam vero Caesar Augustus e vivis excessisset, Tiberius ad imperium pervenit; qui ab initio quidem mitis blandus liberalis erat, sed deinceps ad sanguinarios mores, improbitatem atque sordes exorbitavit. recens autem ad imperium evectus adeo subditis omnibus carus erat, ut absque satellitio custodiaque corporis tam noctu quam interdiu, quocunque vellet, iret. quos urbium praetores vel tributorum exactores con-

ὡς φυλακῆς τε καὶ φρουρᾶς καὶ δορυφόρων ἄτερ
βαδίζειν ὅπου δή ποτε νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν.
εἰ δέ τισιν ἐπέτρεψε πόλεως στρατηγίαν
ἢ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν, οὐκ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ
ἐκ τῆς ἀρχῆς παρέλυε καὶ τῆς ἡγεμονίας,
ἐκεῖνο τὸ θρυλούμενον λέγων τοῖς ἐρωτῶσιν.
ἄνθρωπος ἦν κατάνοσος, τοὺς πόδας ἡλκωμένος·
ἰχώρων πέπληστο πολλῶν δυσόδμων δυσιάτων.
αἱ μυῖαι κατεχόρευον ἐκείνου τῶν τραυμάτων, C
τὰς σηπεδόνας ἔβδαλλον, ἐμύζων τοὺς ἰχῶρας.
ὀδύναις δὲ βαλλόμενος καὶ τληπαθῶν ὁ κάμνων
οὐκ ἀπεσόβει τὰς δεινὰς καὶ θρασυτάτας μυίας.
ὡς δέ τις κατῳκτείρησεν ἐπικαμφθεὶς τῷ πάθει
καὶ τὰς δὴ μυίας ἔμελλεν ἐκεῖθεν ἐκδιώκειν,
ὁ πάσχων ἀνεβόησεν "ἄνθρωπε, ταύτας ἄφες,
μή πως αὐτῶν διωχθεισῶν ἄλγος μοι προξενήσῃς·
αἱ μὲν γὰρ κορεσθεῖσαί μου μελῶν τῶν σεσηπότων
βραχέα με λυπήσουσιν, ἂν δ' ἐπιπτῶσιν ἄλλαι,
προσφῦσαι βιαιότερον εἰς πλέον πικρανοῦσι."
ταῦτ' ἔλεγε Τιβέριος περὶ τῶν φορολόγων,
χρονίζειν λέγων δεῖν αὐτούς, ὡς κόρον ἐσχηκότας D
πραότερον προσφέρεσθαι τοῖς φορολογουμένοις.
εἰ δέ τινα κατέμαθε τῶν εἰσπραττόντων φόρους
εἰς πλέον ἐκφερόμενον τοῦ διατεταγμένου
καὶ χρηματίζοντα βαρὺν καὶ πέρα τοῦ μετρίου,

1946 παρέληγε A 1959 βραχέως M λυπήσωσιν ARR ἐπιπταῖεν M 1963 προσφέροιντο ARR 1965 πλεῖον M 1966 τοῦ μετρίου πέρα R

quendi usurpat, vatis verbum implet, dei testimonium coram regibus exponens nec minas ullas eo nomine reformidans. sic dei metus longe timorem abigit a viris potentia praeditis et rerum potientibus incussum. itaque Nicolaus grege suo et cathedra pellitur et solum vertere iubetur: substituitur autem ipsius loco quidam alius, sacrarum rerum longe peritissimus, qui a teneris unguiculis et aetate prima solitariam in Olympo Mysiae monte vitam egerat et dono vaticinandi praeditus erat. hic de mandatu divino ecclesiam ad unitatem reduxit, multipliciterque distractam ac in partes divisam propter delictum Leonis quartas ad nuptias progressi.

Cum autem Leo doctissimus inter imperatores morbo correptus periculum vitae minitante, administrato iam per viginti sex annos Romanorum imperio, mortem imminere sibi animadverteret, Alexandrum fratrem et Constantinum filium imperatores creat, hoc solo in extremis re-

"βλέπω καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς κακοδότην χρόνον
κατὰ τρισκαίδεκα μηνῶν," ἄντικρυς τοῦτο λέγων,
ὅτι τοσοῦτον ἔσσεται τὸ κράτος Ἀλεξάνδρου.
Καὶ γοῦν οὐ διαπέπτωκεν ὁ λόγος, οὐδ' ἐσφάλη.
ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος τρυφαῖς ἐσχολακὼς καὶ πότοις C
καὶ μόνον τὸν γαργαλισμὸν τοῦ σώματος φροντίσας,
ἄλλο δ' οὐδὲν κατάξιον τοῦ τηλικούτου κράτους
οὐ δράσας, οὐ φθεγξάμενος, οὐ σχὼν κατὰ καρδίαν,
ὡς ἄνθος ἔρρευσεν ὑγρὸν ἐκμαρανθὲν ἡλίῳ,
καὶ τάχιον ἐξέλιπε νόσοις ταχεῖς φθινάσι.
καὶ Κωνσταντῖνος γίνεται μόναρχος μονοκράτωρ,
ἔτι παιδίσκος ἁπαλὸς καὶ τρυφερὸς ὑπάρχων
καὶ βασιλείας κυβερνᾶν τὸ σκάφος οὔπω σθένων·
τῆς γὰρ ἡλικιώσεως ἕβδομον ἦγεν ἔτος.
ὃ καὶ πολλῶν παραίτιον γέγονε κακοτήτων,
καὶ θλίψεων ἐπότισεν ἅλμην τὸν βασιλέα,
εἰ καὶ τὸ τέλος αἴσιον τῶν πειρασμῶν ἀπέβη.
ὥσπερ γὰρ νεομόσχευτον ἀρτίφυτον δενδρίον, D
μήτε χειμῶνα κρυερὸν ὑπενεγκεῖν ἰσχύον
μήτε πνευμάτων προσβολὰς ἀγρίων δυσανέμων
μήτε ῥαγδαίους ὑετοὺς μήτε καυσώδη θάλψιν,
μὴ χαλαζῶν σφαιρώματα μηδὲ κρυστάλλου πῆξιν,
πνοαί ποθεν βαρυηχεῖς τινὲς ἐκφυσηθεῖσαι
ἢ χαλαζῶν πετρώματα νεφόθεν δισκευθέντα

5414 μετὰ M 5415 ἔσεσθαι M 5416 οὐδὲ σφάλλει M 5417 ἠσχοληκὼς M 5419 βασιλείου M 5420 καρδίας AR 5421 οἰκτρὸν M 5425 οὔπω τὸ σκάφος AM 5427 γίνεται M 5431 χειμῶνος M 5434 μήτε MR 5336 ποθὲν ἐκδισκευθέντα R

spirationibus iamque eo animam agente pronuntiato, "Alexandrum etiam (proh parcum malignumque tempus) post tredecim menses exactos video."

Volebat autem significare regnum Alexandri tantillum temporis duraturum; quae sane Leonis vox minime vana aut fallax fuit. nam Alexander voluptatibus avocatus et compotationibus nimium indulgens et corporis tantum titillationibus deditus, nec ulla re tanto imperio digna vel opere vel verbis perfecta vel animo denique concepta, ceu flos solis efficacitate marcescens exstinctus est et a morbis celeriter absumptus. itaque solus mortuo Leone imperium Constantinus obtinuit, aetatis adhuc tenerae puer, qui imperii gubernationi parum aptus esset, annis immaturus, annos scilicet id temporis septem modo natus; quae res multis etiam malis occasionem praebuit mirificeque imperatorem afflixit, tamen etsi felicem exitum procedente tempore habuerit. quemadmodum enim arbor recens plantata, quae propter teneras adhuc radices frigi-

χειμάζουσι καὶ κάμπτουσι καὶ κλίνουσιν εἰς γόνυ,
καὶ καταμωλωπίζουσιν αὐτοῦ τὴν τρυφερίαν,
καὶ πάντοθεν προσβάλλουσιν ὡς ἐν πολιορκίᾳ,
φιλονεικοῦσαι τὸ φυτὸν προθέλυμνον ἐκτρῖψαι.
ἂν δὲ τὰς ζάλας δυνηθῇ φυγεῖν τὰς κακοπνόους
καὶ τὸν χειμῶνα τὸν βαρὺν καὶ τὴν ἐκεῖθεν βίαν,
P 111 *γίνεται δοκιμώτερον ἅτε πολλὰ παλαῖσαν*
καὶ χειμασθὲν πικροποιοῖς καὶ κακωτρίαις ὥραις·
φυτὸν γὰρ ἀνεμοτρεφὲς καὶ γυμνασθὲν ἀνέμοις
πολύ τι τὸ στερέμνιον, ὥς φασί, φύσει φέρει.
οὕτω κἀκεῖνος ὁ βραχὺς τὴν ἡλικίαν ἄναξ,
ὁ παῖς ὁ πορφυρόφυτος Λέοντος Κωνσταντῖνος
μόλις ποτὲ μετὰ μακροὺς ἡλίου περιδρόμους
τῶν συμφορῶν ἀποφυγὼν τὰς ἀλλεπαλλήλίας
καὶ πειρασμῶν ἐπαγωγὰς καὶ θλίψεις δακεθύμους,
σύνεσιν ἐκαρπώσατο πολλῷ παγιωτέραν,
ὥσπερ ναυβάτης κυκηθεὶς πολυκυμίας ζάλαις
καὶ μόλις εἰς εὐγάληνον λιμένα καταντήσας.
πρῶτα μὲν γὰρ ὁ καρτερὸς ἐκεῖνος Κωνσταντῖνος,
B *ὃν σχεῖν γενέτην λέγουσιν Ἀνδρόνικον τὸν Δοῦκαν,*
χεῖρα πολλὴν συναγαγὼν εὔοπλον ἐσταλμένην
ἀθρόον ἐπιτίθεται τῷ πορφυροβλαστήτῳ,
τῆς νηπιότητος αὐτοῦ πάντως καταφρονήσας.
ἀλλὰ ψευδής, ὡς ὁ Δαβὶδ ψάλλει, πρὸς σωτηρίαν
ἵππος ὑψαύχην εὔσκαρθμος πτηνόπους φρυακτίας.

5440 τῷ φυτῷ A 5445 αὐτὸ M 5449 μακροὺς R 5450 ὑπενεγκὼν M 5453 κυκωθεὶς R πολυκυμίαις MR 5461 φρυγματιας AM

dam hiemem perferre nondum potest, neque ventorum saevissimos impetus neque imbres vehementiores nec aestus fervidos nec grandinem tempestatesque volantes toleraro, si ab ortis alicunde ventis aut grandine vexata nihilominus vim eorum graviorem effugiat et evadat illaesa, multo fit exploratior, cum arbor a ventis et sole exercita plurimum a natura roboris habere perhibeatur: sic etiam Constantinus hic, Leonis filius, in prima pueritia consecutus imperium, posteaquam vix multis elapsis annis de continuis calamitatibus aerumnis afflictionibus evasisset, prudentiam longe solidiorem ceu fructum quendam nactus est, instar nautae gravibus procellis iactati et vix tandem tranquillum in portum delati. nam primum fortissimus ille Constantinus, quem natum aiunt Andronico Duca patre, magna manu coacta praeclare armatorum hominum imperatorem subito invasit, puerili nimirum eius aetate contempta. verum enimvero fallax res est, uti Davides canit, ad salutem equus ferox, agilis, volucer, fremens. quippe Constantinus etiam de sella eque

κἀκεῖνος οὖν ἐκσφαιρισθεὶς τῆς ἕδρας τῆς ἱππείας
πίπτει πρὸς γῆν κατενεχθείς, καὶ παρευθὺ τὸ ξίφος
γεύεται τούτου τῶν σαρκῶν καὶ βάπτεται τῷ φόνῳ.
ἄρτι δὲ τούτου τοῦ δεινοῦ χειμῶνος παρελθόντος
ἕτερος ἐπεγείρεται βαρύτερος ἐκείνου,
πολλῷ τοῦ πρὶν πικρότερος καὶ τῆς προτέρας ζάλης.
ὁ γὰρ Φωκᾶς ὁ μάγιστρος (ὄνομα τούτῳ Λέων), C
ἀνὴρ μεγέθει σώματος καὶ ῥώμῃ διαπρέπων
καὶ πᾶσαν τότε πιστευθεὶς Ῥωμαίων στρατάρχίαν,
ἰδὼν προσλαμβανόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως
τὸν γέροντα τὸν Ῥωμανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Λακάπης,
τοῦ ναυτικοῦ δρουγγάριον ὄντα τὸ τηνικαῦτα,
καὶ πάλαι μὲν τὴν ἔκφυλον ὠδίνων τυραννίδα
καὶ σκευωρῶν καθ' ἑαυτὸν τὰ τῆς ἀποστασίας,
ὅμως ἐπέχων τὴν ὁρμὴν (οὐ γὰρ καιρὸς ἐκάλει),
τότε καιροῦ δραξάμενος, ὡς ᾤετο, προσφόρου
ἐξέρρηξε τοῦ τοκετοῦ τὸ βάρος τοῦ δυστόκου
κἀκ τῆς γαστρὸς τὴν ἔχιδναν ἐξήνεγκεν εἰς φάος,
καὶ τρέφων πάλαι παρ' αὐτῷ σπινθῆρα δυσμενείας
τότε πυρὰν ἐξέκαυσε καμίνου πυριβρόμου.
καὶ τοίνυν προσποιούμενος ὑπὲρ τοῦ βασιλέως D
πάντα σπουδάζειν καὶ ποιεῖν καὶ συμφερόντως τούτῳ
ὡς δὴ παρὰ τοῦ Ῥωμανοῦ καταστρατηγηθέντι
ὁπλίζεται μετὰ στρατοῦ ῥυέντος πολλαχόθεν,
ἐκ Λυκαόνων, ἐκ Θρᾳκῶν, ἐκ Κόλχων, ἐξ Ἰβήρων,

5462 γὰρ M 5466 ὑπαγείρεται M 5468 μαΐστρος A τούτου A 5475 σκαιωρῶν A 5479 ἐξήγαγεν A 5484 καταστρατηγητοῦντος M 5485 πανταχόθεν M

stri excussus in terram praeceps corruit, et gladio protinus confossus est. ubi vix gravis illa tempestas praeteriisset, alia longe gravior exorta fuit. etenim Leo Phocas, dignitate magister, vir proceritate corporis ac robore insignis, cui Romani exercitus omnes erant crediti, cum receptum ab imperatore videret Romanum Lacapenum seniorem, rei navalis drungarium, iam olim tyrannidem parturiens, impetuque propterea represso quod necdum se offerret occasio, tum demum opportunitatem nactus, uti quidem arbitrabatur, commodam fetum illum suum in lucem edidit et viperam enixus est; quique iamdiu scintillam animi male affecti apud se nutrierat, tunc rogum accendit camini igne stridentis. etenim prae se ferens omnia nomine imperatoris ab se suscipi et eius ad utilitatem referri, qui a Romano artificiose ac astute circumscriptus esset, copias undique coegit et instruxit, Lycaonia, Thracia, Colchide, Iberia,

ἐκ Παμφυλίων, ἐκ Μυσῶν, ἐκ Σύρων, ἐκ Κιλίκων,
καὶ φάλαγγας συνηθροικὼς ὡσεὶ θαλάσσης ψάμμον,
ἄνδρας γενναίους μαχητάς, πάντας ἀγκυλοτόξους,
πῦρ ἐν πολέμοις πνέοντας, ἄνδρας ἀγχεσιμάχους,
καταστρατοπεδεύεται παρὰ τῇ Χρυσοπόλει,
τῆς Βυζαντίων πόλεως κατέναντι κειμένῃ,
ἣν οὐρανόπολιν εἰπὼν οὐκ ἄν τις διαμάρτῃ.
P 112 καὶ πίμπλησιν ἀρεΐκῶν ἀνδρῶν τὰς πεδιάδας,
καὶ πᾶσαν γῆν κατάχαλκον. ἀπήστραπτον αἱ λόγχαι,
ἀνέλαμπον αἱ κόρυθες, ἀσπίδες ἐπατάγουν,
ἀὴρ ἐπυραυγίζετο ταῖς ἐπιδορατίσιν.
ἦσαν ἐκεῖ χρυσάσπιδες, ἦσαν φαρετροφόροι,
εὔιπποι, χαλκοχίτωνες, πάντες σιδηροφόροι.
ἔφριξαν ἂν καὶ γίγαντες παρεμβολὴν τοιαύτην.
αὐτὸς μὲν οὖν βασιλειῶν καὶ κατὰ τοῦ κρατοῦντος
πάντα τυρεύων καὶ ποιῶν οὐκ ἔλαθεν εἰς τέλος·
τότε δὲ τέως πρόφασιν τὸν Ῥωμανὸν εὑρίσκων.
προσεποιεῖτο κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ῥωμανοῦ στρατεύειν
καὶ τηλικαύτην συγκινεῖν φάλαγγα στρατευσίμην,
B προσράπτων τὴν ἀλωπεκῆν ἄγαν κακομηχάνως·
οὐ πάντῃ γὰρ τὴν λεοντῆν εἶχεν ἐφικνουμένην.
ὁ γέρων γὰρ ὁ Ῥωμανὸς τοῦ ναυτικοῦ κατάρχων
κἀκεῖθεν περικείμενος ἰσχὺν οὐ τὴν τυχοῦσαν,
ἰδὼν περιφερόμενον τῇδε κἀκεῖ τὸ κράτος

5488 ὅσον M 5489 γ. ὁπλίτας ἄνδρας ἀγκ. A 5492 Βυζαντίδος M κειμένης M 5493 εἰπεῖν A 5495 καταχαλκοῖ? 5496 ὑπέλαμπον M 5505 τηνικαῦτα M 5509 κἀντεῦθεν M

Pamphylia, Mysia, Syria, Cilicia, numero maris arenas aequante, quo continebantur milites egregie strenui, armati praeclare, ignem in praeliis spirantes, viros pugna stataria praestantes. hinc ad Chrysopolim castra metatur, sitam e regione Cpolis (quanquam non peccaverit qui urbem illam Uranopolim, hoc est urbem caelestem, cognominaverit), et campos viris bellicosis replet. totum eius regionis solum ex hastarum aere fulgebat, galeae resplendebant, scuta sonum efficiebant, aër ab hastarum cuspidibus coruscabat. aderant milites scutati, aderant sagittarii, equites, loricati, universis ferrum gestantibus. vel ipsis gigantibus eiusmodi castra formidini fuissent. Leonem autem cupidum regni contra imperatorem omnia fuisse molitum obscurum esse demum haud potuit. id quidem temporis Romanum occasionis loco nactus adversus cum se bellum gerere simulabat, et copiis amplissimis instructus nefarie vulpinam assuebat, leonina pelle non prorsus ad omnia se extendente. quippe Romanus senior, classis praefectus ideoque non exigua potestate

καὶ κυμαινόμενον δεινῶς ὡς ναῦν ἀστατουμένην,
ἣν ἄελλαι χειμέριοι στρέφουσι καὶ δονοῦσι
καὶ καταιγίδες ἄγριοι καὶ στρόφοι πνευματώδεις,
καὶ τὰ Ῥωμαίων πίπτοντα φύρδην καὶ κακοπότμως
ἅτε χειρὶ κρατούμενα παιδίου νηπιάχου,
τοῦ κράτορος ὑπέρχεται προσπόλους καὶ προκοίτους,
οἵπερ καὶ μᾶλλον εὐνοεῖν ἐδόκουν τῷ κρατοῦντι,
καὶ κοινωσάμενος αὐτοῖς βουλὰς κρυφιωτέρας
καὶ συσκεψάμενος αὐτοῖς καὶ συνδολοπλοκήσας C
καὶ μηχανὰς παντοδαπὰς πορφύρων βαθυβούλους
ἐσχηματίζετο τολμᾶν βιαίαν τυραννίδα
καὶ πᾶσαν φέρειν καὶ πτεροῦν πρὸς τοῦτο στολαρχίαν,
ὡς θροῦν ἐντεῦθεν ἄγριον κακόθρουν κυματίαν
ἐπικτυπεῖν καὶ σμαραγεῖν κατὰ τῶν βασιλείων.
καὶ πάντας κατασείεσθαι τῷ κλύδωνι τοῦ δέους,
ἕως ἡ πάντα στρέφουσα παλίπνοια τοῦ βίου
προσώκειλε τὸν Ῥωμανὸν αὐλαῖς ταῖς τῶν ἀνάκτων
ὡς ἐν ἀγκάλαις γαληναῖς ὅρμων ἀλεξανέμων.
τοῖς πρωτοβούλοις γὰρ πεισθεὶς ἢ μᾶλλον ἐπιβούλοις
ὁ βασιλεὺς τὸν Ῥωμανὸν ὡς φίλον οἰκειοῦται
καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς φύλακα καθιστάνει,
εἴποι τις ἂν οὐκ ἀφυῶς, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀχαριτώτως,
τροχίλον ὁ κροκόδειλος, ἢ πίννα τὸν καρκίνον. D
ὁ τοίνυν Λέων ὁ Φωκᾶς, οὗ πρότερον ἐμνήσθην,

5512 χειμέριαι R 5520 πορφύρας R 5521 βιαίως A
5524 ἐπικύπτειν M ἐπὶ AM 5526 παλίνπλοια R, παλίπνοια M
5532 ἀφυῶς οὐδ᾽ ἂν M

praeditus, animadverso imperii statum hinc et illinc fluctuare cen navim quam hibernae tempestates gravissimae succutiunt, adeoque res Romanas collabi misere uti quae in tenerae admodum aetatis manu sitae forent, in amicitiam eorum imperatoris ministrorum et cubiculariorum se insinuat, qui praecipua complecti benevolentia imperatorem viderentur. cum his communicatis occultis consiliis, reque deli[illegible]rata et fraudulenter instructa, tyrannidem aperta vi moliri se simulabat et ad invasionem eius classem universam adducere. quo factum est ut rumor dirus in aulam deferretur et universi gravissimo terrore percellerentur, donec tandem rerum humanarum vicissitudo, quae omnia solet immutare, Romanum ad aulam imperatoris traduxit velut ad tranquillum quendam portum. nam imperator a praecipuis consiliariis suis vel potius insidiatoribus persuasus Romanum tanquam amicum suum ad familiaritatem admittit, eumque tam vitae quam imperii sui custodem ac defensorem renuntiat, crocodilus scilicet trochilum, pinna cancrum: nam ita non inepte nec ineleganter quis de hoc facto pronuntiaverit. itaque Leo Phocas,

τὸν Ῥωμανὸν κατάρχοντα μαθὼν τοῦ βασιλέως
καὶ φέροντα καὶ στρέφοντα πρὸς τὸ δοκοῦν ὡς δοῦλον
τὸν ἄνακτα τὸν ἁπαλὸν ὄρπηκα τῆς πορφύρας,
ἐσκήπτετο παθαίνεσθαι δῆθεν ὑπὲρ ἐκείνου
καὶ τὸν στρατὸν εἰς ἄμυναν ἄγειν εὐνοίας νόμῳ,
τὸ δ' ἀληθὲς εἰς ἑαυτὸν ἐφείλκετο τὸ κράτος.
ἀλλ' ὁ δρασσόμενος σοφοὺς ἐπὶ ταῖς πανουργίαις
καὶ στρέφων διαβούλια καὶ τὰ κρυπτὰ γινώσκων
τὰς μηχανὰς τοῦ Λέοντος εἰς τοὐναντίον τρέπει,
καὶ λύκος μάτην ἐγχανὼν ὁ Λέων ἐγνωρίσθη.
P 113 ταῖς γὰρ βουλαῖς τοῦ Ῥωμανοῦ πειθόμενος ὁ κράτωρ
γραφὴν ἐρυθροσήμαντον πρὸς τὸν στρατὸν ἐκπέμπει,
κατηγοροῦσαν τῷ Φωκᾷ πρόδηλον τυραννίδα,
τῷ Ῥωμανῷ δὲ τἀγαθὰ προσεπιμαρτυροῦσαν.
ἐντεῦθεν φύρσις τῷ στρατῷ κακόχαρτος καὶ ζάλη,
καὶ κολοιὸς ξενόπτερος ἦν ὁ Φωκᾶς ὁ Λέων·
τὴν γὰρ γραφὴν τοῦ κράτορος, οἶμαι, δυσωπηθέντες
ἔφυγον πάντες, ἔρημον τὸν ἄθλιον λιπόντες.
ζωγρεῖται τοίνυν ὁ Φωκᾶς καὶ σβέννυται τὰς κόρας
καὶ λύχνους τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τυφλότητι ζοφοῦται,
καὶ πάλιν ἦν ὁ Ῥωμανὸς ἄγων καὶ φέρων πάντα.
B Πλὴν ἀλλ' ὡς μήτηρ πιστευθεὶς τὴν φυλακὴν τοῦ νέου
αἴφνης ἐφάνη μητρυιὰ δύσνους ἀντ' εὐνοούσης,
καὶ τοῦτο τὸ λεγόμενον, ἀποσοβῶν τοὺς λύκους,
ἵνα τὸ πρόβατον αὐτὸς σπαράττοι καὶ θοινῷτο.

5535 βλέπων M 5540 ἐφ' M

cuius mentionem modo faciebamus, intellecto imperatorem a Romano regi ceu mancipium quoddam, prae se ferebat quasi eam rem moleste ferret animoque benevolo copias eius defendendi causa secum adduceret, cum reapse imperium sibi quaereret. sed enim is qui callidos in versutia sua capit et consilia invertit secretaque cognoscit, molitiones Leonis in contrarium vertit, ideoque Leo frustra rem aggressus hianti lupo similis factus est. nam Romani consiliis obtemperans imperator literas rubrica subscriptas ad exercitum mittit, quibus apertam Phocae tyrannidem accusabat et egregium Romano testimonium perhibebat. tum vero magna inter milites oriri perturbatio, et Leo Phocas mox graculus ille plumis alienis ornatus fieri. quippe universi literas imperatorias, ut arbitror, reveriti misero Phoca deserto aufugiebant. venit ergo vivus in hostium potestatem, et oculis spoliatur.

Ex eo tempore cuncta per Romanum administrari, qui recepta in se iuvenis custodia, tanquam si mater eius esset, subito se novercam hostilem probabat; et quod proverbio dici consuevit, lupos terrebat et abigebat, ut ovem ipse dilaniaret ac devoraret. imperator enim ratus

ὁ μὲν γὰρ ἄναξ Ῥωμανὸν εὔνουν νομίσας εἶναι
καὶ κηδεμόνα τῆς ζωῆς καὶ τηρητὴν τοῦ κράτους
πρῶτα μὲν μάγιστρον τιμᾷ, μέγαν ἑταιρειάρχην,
εἶτα τῇ δόξῃ προστιθεὶς ἄλλην μείζονα δόξαν
καὶ πρὸς ἀκρώρειαν ὑψῶν ἐκ τῶν χθαμαλωτέρων
πατέρα καὶ προφύλακα ποιεῖ τῆς βασιλείας.
καὶ πλέον ἐφελκόμενος τὸν Ῥωμανὸν εἰς φίλτρον
ἐχέγγυα προγάμια νέμει τῇ τούτου κόρῃ.
ἤδη δὲ γαμοδαίσια μέλλων τῆς νύμφης θύειν,
καὶ τὸν γυναικοπάτορα κράτορος στέφει στέφει. C
ταῦτα μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς Ῥωμανὸν ἐποίει,
ἐκεῖνον ἐφελκόμενος, ὡς ᾤετο, πρὸς φίλτρον.
ὁ δὲ βαθύνους Ῥωμανὸς πολλὰ βυσσοδομεύσας
καὶ κρατυνάμενος αὐτῷ πάντοθεν τὰ τοῦ κράτους,
ὡς βασιλεῖ ὡς ἄνακτι ζεύξας τὴν θυγατέρα,
ἐκ τοῦ τετρώρου τῆς ἀρχῆς φεῦ τῆς παπποπατρῴας
τὸν πορφυρόβλαστον γαμβρὸν κύμβαχον ἐκδιφρίζει,
καὶ μόνον χαρισάμενος ὄνομα βασιλείας
τῷ δυστυχεῖ καὶ δυστυχῶς αὐτὸν προσλαβομένῳ
αὐτὸς ἐπιλαμβάνεται τῆς ἡνιοστροφίας,
καὶ βασιλεὺς ὁ Ῥωμανὸς κἂν ταῖς ἁπάντων γλώσσαις,
ὁ Κωνσταντῖνος δ' οὐδαμοῦ· τύχη γὰρ ἐνεκότει D
καὶ κατεκάλυπτεν αὐτὸν ὥσπερ ἀστέρα νέφος.
ναὶ μὴν εἰς κόρον μετασχὼν τοιαύτης ἀμβροσίας
οὐ μέχρι τούτων ἔστησε τὸ λαιμαργὸν τῆς γνώμης,

5562 μάϊστρον A 5569 στέφος στέφει A 5574 βασιλεὺς AR
5579 τὰς A

cupere sibi Romanum quam honestissime, adeoque virum illum imperii sui patronum et conservatorem esse, primo magistrum creat et magnum societatis praesidem. deinde huic dignitati maiorem aliam adiiciens, deque humili condicione Romanum ad verticem rerum evehens, patrem et custodem imperatoris nuncupat. denique artiori amoris vinculo sibi hominem adiungens sponsalia cum eius filia contrahit; iamque nuptias celebraturus socerum imperatoria corona redimit. haec imperatoris erant in Romanum beneficia, quibus eum se putabat ad amorem sui excitaturum. at occulto praeditus animo Romanus, multa suo corde tegens et ab omni parte sibimet imperium stabiliens, ut qui iam imperator esset ac imperatoris socer, natum in purpura generum tandem avito patritoque imperio deiicit, et solo imperatoris illi nomine relicto gubernationem universam in se transfert. itaque Romanus imperator omnibus erat in ore, Constantinus nemini; cui scilicet adversaretur fortuna, quemque non aliter obscuraret atque nubes stellam occulere solet. quin etiam Romanus hac ambrosia fruens ad satietatem usque nequaquam hic animi sui libidini

ἀλλ' ὅλον τὸν ἀλλότριον ἄρτον κακῶς ἁρπάσας
ἐψώμισε τοὺς ἑαυτοῦ, τὸν ἔχοντα τὸν ἄρτον
καταλιπὼν λιμώττοντα· τοὺς γὰρ ἰδίους παῖδας
καὶ Χριστοφόρου τὸν υἱὸν παιδὸς τοῦ πρωτοσπόρου
κράτορας ἀνεκήρυξεν ἄνακτας αὐσονάρχας.
τὸ δέ γε θυμαλγέστερον καὶ μεῖζον εἰς πικρίαν
καὶ τῶν ὀστῶν ἁπτόμενον αὐτῶν καὶ τῆς καρδίας,
ἐπίπροσθεν ἐτίθετο πάντας τοῦ Κωνσταντίνου
ἐν ταῖς ἀνακηρύξεσιν, ἐν γράμμασιν, ἐν θρόνοις.
P 114 ἦν οὖν μυριοκέφαλος ἐν βασιλείοις ὕδρα,
καὶ λήϊον ἀνέβαινεν ἄντικρυς βασιλέων,
ὡς τοὺς σπαρτοὺς τοὺς γηγενεῖς ὁ μῦθος ἀναπλάττει,
πλασθέντας ἀπὸ δράκοντος ἄνδρας ὀδοντοφύτους,
καὶ μέσον ἦν ὁ τληπαθὴς τῆς ἁλουργίδος στάχυς
ὡς ῥόδον συμπνιγόμενον ἀκάνθαις ὀξυκέντροις.
Ἀλλ' ὅτε πάνθ' ὁ Ῥωμανὸς ἔφθη κατοχυρώσας
καὶ τεῖχος Σεμιράμιδος ἄντικρυς κρηπιδώσας
ἢ πύργον γιγαντόκτιστον χαλάνης ἀσφαλτώσας,
τότε πεσὼν ἐπὶ βρεχμὸν καὶ νῶτα κατεάγη
καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκκυλισθεὶς τάλας ἐταρταρώθη.
ὁ γὰρ πορφυροφύτευτος αὐτάναξ Κωνσταντῖνος
ἤδη σφριγώσης ἐπιβὰς ἀνδρώδους ἡλικίας,
B ὅτε πυρσὸς φρονήσεως ἀνθρώποις ἐπιλάμπει,

5589 αὐσονάρχους A 5597 βλαστόντας R 5600 εἶχε AR καταχειρώσας A 5602 γιγαντόχαρτον M 5604 ἐταντα-λώθη AR 5605 πορφυροβλάστητος M

modum statuere volebat, sed alieno pane toto quasi praerepto suos pascebat, esurire cogens illum ad quem is reapse pertinebat. filios enim suos, et cum eis Christophorum ex primogenito nepotem, imperatores renuntiavit; quodque dolorem gignere maiorem posset ipsumque cor et ossa penetrare, tam in praeconiis publicis quam literis et consessibus omnes ante Constantinum collocabat. quo fiebat ut hydra multorum capitum esset in regia, quasique seges imperatorum haud aliter enasceretur atque olim satos illos terrigenas provenisse fabulae perhibent, hominibus ex draconis dentibus, qui sparsi fuerant in terram, ortis. misera vero purpureae spica in horum medio premebatur, quemadmodum a spinis rosam suffocari videmus.

Cum autem omnia Romanus iam satis se muniisse crederet, ac aedificii Semiramidis fundamenta iecisse, vel quandam quasi Chalanes turrim a gigantibus exstructam ex asphalto condidisse, collapsus in occiput etiam tergum fregit, imperioque deiectus miser in praeceps corruit. quippe Constantinus ubi virilem aetatem attigisset, qua prudentiae fax

προβόλους προσλαβόμενος ἄνδρας ἀγαθοτρόπους
ὡς Ἡρακλῆς Ἰόλεων, ὡς ὁ Θησεὺς Πειρίθουν,
τὰς ὀφιώδεις κεφαλὰς τῆς ὕδρας ἐκθερίζει
καὶ πρὸς ἀλλήλων τοὺς σπαρτοὺς πεσεῖν παρασκευάζει,
τὸ δὲ παχὺ καὶ θολερὸν ἀπορραπίσας νέφος
καθαρωτέρας τῆς ἀρχῆς ἀκτῖνας ἀποστίλβει.
πρῶτα μὲν οὖν ὁ Ῥωμανὸς ἤδη πρὸς γῆρας φθάσας,
ἤδη τριγέρων γεγονὼς κατὰ τοὺς μακρογήρως,
καὶ πλεῖστον μὲν διηνεκῶς ἐπὶ τῷ κράτει χρόνον
καὶ πέντε πρὸς τοῖς εἴκοσι χρόνους σκηπτροκρατήσας,
πάντας δὲ πλήσας δωρεῶν καὶ πάντας εὖ ποιήσας, C
ὑπὸ τῶν παίδων ἑαυτοῦ ῥιπτάζεται τοῦ θρόνου
καὶ τρίχας ἀποκείρεται τὰς πρὶν στεφοκοσμήτους,
εἴποι τις ἄν, ὑπὸ Διὸς πρεσβυγενὴς ὁ Κρόνος.
εἶτα τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ τοὺς κακεντρεχεστάτους
ὁ πορφυρόρρηξ συλλαβών, ὁ κράτωρ Κωνσταντῖνος,
ἐξοστρακίζει θέμενος ἀθρόον νησιώτας.
καὶ τότε πρῶτον ἔβλεψε τὴν γραῦν τὴν βασιλείαν
ὡς κόρην χρυσοσπάταλον, ὡς μαργαροφοροῦσαν,
ὡς ἁβροχίτωνα στιλπνήν, ὡς τρυφερευομένην,
καὶ προσγελῶσαν καπυρὸν καὶ προσλαλοῦσαν τούτῳ,
καὶ συνιοῦσαν νυμφικῶς ἐπὶ παιδογονίᾳ.
Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθιστάνει,
ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι, D
τομίαν δὲ Βασίλειον, ἕνα τῶν ἀποκόπων,

v. 5611 om R — 5613 ὁ αὐτὸς M — v. 5617 om R
5624 ἀθρόως M — 5627 τερπνὴν AM — 5629 παιδικῶς R

in homine collucere solet, viris bonis in consilium adhibitis, uti nimirum Hercules Iolaum, Theseus sibi Pirithoum adiunxit, serpentina hydrae capita resecuit, et satis illis terrigenis inter se commissis effecit ut alter alteri mutuum exitium afferret. deinde densa et caliginosa nube pulsa radios imperii puriores emittit. primum igitur Romanus, iam senio confectus, longo tempore potitus Imperio, totis nimirum 25 annis, omnibus sibi per munera beneficiaque devinctis, a suismet filiis raditur et throno deiicitur, non aliter atque priscus ille Saturnus a Iove regno spoliatus fuisse fertur. quo facto Constantinus imperator natus in purpura filios Romani longe nequissimos comprehendit et quandam in insulam relegavit. atque hoc primum tempore vidit imperium, anui simile, tanquam puellam auro luxuriantem et uniones gestantem, eleganti vestitu fulgere, sibique tum arridere tum familiariter adesse.

Bardam Phocam exercitibus praeficiebat, creatum scholarum, ut Romani loquuntur, domesticum: Basilium vero eunuchum, qui Lacapeni filius

φυέντα τῷ Λακαπηνῷ σκοτίων ἐκ σπερμάτων
παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου κλίνης.
ἐπεὶ δ' ὁ Βάρδας ἔσβεστο τὴν πρὸς τὰς μάχας θέρμην
καὶ τὴν ὀξύρροπον ὁρμὴν (ἔψυχε γὰρ τὸ γῆρας),
εἰς Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν τὴν στρατarχίαν τρέπει,
εἴποι τις ἄν, ἐκ λέοντος εἰς τὸν ἐκείνου σκύμνον.
υἱὸν δ' ἰδεῖν εὐτυχηκὼς ἰδίας ἐξ ὀσφύος,
ὃς ἐξ Ἑλένης Ῥωμανοῦ τῆς θυγατρὸς ἐξέφυ,
κατονομάζει Ῥωμανόν. ἐλάσαντα δ' εἰς ἥβην
καὶ γαμετῇ συζεύγνυσι, καὶ βλέψας υἱοῦ γόνον
Βασίλειον τὸν μέγιστον ἐπὶ τροπαιουχίαις,
P 115 καὶ βρέφος ἐπαγκάλιον βαστάσας τὸν τοσοῦτον,
καὶ πέντε χρόνους μετασχὼν τοῦ κράτους ἀθολώτου,
καὶ μέλλων ἀπολύεσθαι τῶν φυσικῶν συνδέσμων,
αὐτάνακτα καθίστησι τὸν Ῥωμανὸν τὸν παῖδα.
Ἀλλ' οὗτος ἅπασαν ἰσχύν, ἅπασαν δυναστείαν
κακοῖς καὶ μικρογνώμοσιν εὐνούχοις ἐπιτρέψας,
θήρας αὐτὸς ἐφρόντιζε καὶ κυνηγετημάτων
καὶ δαιμονίως ἔχασκε πρὸς τὰς κυνοδρομίας.
τότε τὴν Κρήτην δυσμενῶν Ἀρράβων κατασχόντων
καὶ κραταιὸν κρησφύγετον θεμένων τὰ τῆς νήσου
καὶ κακουργούντων τὴν ὑγρὰν καὶ πάντα λῃστευόντων,
ὁ Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς (ἦν γὰρ ὀξὺς ἐν μάχαις
B καὶ τὴν ὁρμὴν ἐμπύριος καὶ δραστικὸς τὰς χεῖρας)
στολάρχης ἀναδείκνυται, πιστεύεται τὴν μάχην,

5633 κρυφίων A 5636 ἔψυξε A 5644 ὑπαγκάλιον AR τὸ τοιοῦτον M v. 5645 om R 5649 ἀνθρώποις M

naturalis erat, accubitorem fecit et imperatorii lecti custodem. exstincto autem propter senectam in Barda fervore quem praelia poscunt, et impetu celeri ad res gerendas, in Nicephorum Phocam copiarum gubernationem transtulit, hoc est a leone in eius catulum. nactus eam felicitatem ut filium ex se atque Helena Romani filia natum videret, eum ipsum Romanum appellavit. ubi iam adolevisset ac pubes factus esset, uxorem ei dedit; ex quo filii coniugio nepotem vidit Basilium, principem longe victoriosissimum. tandem exactis in imperio quinque annis absque socio et perturbatione, vitae finem facturus Romanum filium imperatorem renuntiat.

Is vero potestatem universam malis et imbellibus eunuchis tradens capiendis fetis et venando miserandus occupabatur. hoc imperante Cretam insulam Arabes ceperunt, et receptaculo in ea firmo collocato mare passim infestum praedis agendis reddebant. quapropter Nicephorus Phocas, vir acer in bello et tam animo quam manu promptus, classis imperator et belli dux constituitur; qui mox navibus universum mare com-

πληροῖ τὴν θάλασσαν σκαφῶν εὐστόλων καλλιπρώρων,
κατὰ θηρίων στέλλεται τούτων τῶν ὑγροχέρσων,
μάχην συνάπτει καρτεράν, ἡττᾷ τοὺς ἀντιμάχους,
βυθίζει τὰς πειρατικὰς ἀκάτους τῶν Ἀρράβων,
χειροῦται καὶ τὸν λῄσταρχον τὸν πάντολμον ἐκεῖνον,
καὶ τὸν γιγαντοπάλαιμον ὡς βρέφος συλλαμβάνει.
ἐκεῖθεν ἀναζεύξας δὲ μετὰ λαμπρῶν τροπαίων
πολυτελέσι καὶ φαιδροῖς θριάμβοις ἐπομπεύθη.
Τότε καὶ πόλιν τὴν καλήν, τὴν πόλιν Ἀντιόχου
τὴν εὐγενῆ, τὴν εὐπρεπῆ, τὴν νυμφοκοσμουμένην
Ἰσμαηλῖται φονικοὶ δορύκτητον λαβόντες C
ὡς τρίδουλον κατῄσχυναν, ὡς τριοδῖτιν πόρνην.
καὶ πάλιν ὁ τρισαριστεὺς σπᾶται Φωκᾶς ῥομφαίαν,
πάλιν κινεῖται κατ' ἐχθρῶν αἱμοχαρῶν ἐκφύλων.
τοὺς ἀλλοφύλους ῥήγνυσι, ὑπερμαχεῖ συμφύλων,
καὶ πάλιν τὴν εὐσχήμονα τὴν εὐχρουστάτην κόρην
ἐπανασώζει τῇ μητρὶ τῇ καλλιτεκνωτάτῃ.
Ἔτι δὲ τότε τοῦ Φωκᾶ τὴν μάχην συγκροτοῦντος
τὸν κράτορα τὸν Ῥωμανὸν θάνατος ἀναρπάζει,
τῇ γαμετῇ Θεοφανοῖ τὸ κράτος λελοιπότα
καὶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς νεογενέσιν οὖσιν,
κεκρατηκότα ἔτεσι τέσσαρσι πρὸς τοῖς δέκα.
ἀκούει ταῦτα καὶ Φωκᾶς, ἐκεῖθεν ἀποτρέχει
καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν καταταχήσας φθάνει,

5662 χειροῦται τὸν ἀρίσταρχον M 5663 γιγαντοπόλεμον M 5665 λαμπροῖς AM θιάτροις A ἐκπομπεύει A 5666 λαμπρὰν M 5671 καὶ μοχθηρῶν M 5672 ἀλλ' R 5678 αὐτοῦ A v. 5679 om R 5681 καταταχύνας M

plet, et contra belluas pedestres pariter ac marinas ablegatur. pugnam inde cum hoste conserit, eumque magno praelio vincit: piraticas Arabum naves demergit, ipsum principem praedonum, hominem audacissimum et giganteum bellatorem, velut puerum capit. hinc e Creta splendidissimis cum tropaeis solvens triumphos magnificos et laetitiae plenos peragit.

Eodem tempore nobilem ac pulchram urbem in morem puellae ornatam Antiochenam Ismaelitae homicidae ceperunt et in servitutem redegerunt ac velut meretricem in trivio stantem habuerunt. quapropter rursum Phocas ille victoriosissimus hostem movet, alienigenas frangit, pugnat pro suis, rursum honestam et boni coloris puellam matri pulchrorum liberorum parenti, id est Romano imperio Antiochiam, restituit.

Dum istic bellum gerit, Romanus imperator e vivis excessit, uxori Theophanoni et liberis, quos ex ea susceperat, imperio relicto. cuius rei fama Phocas ad se perlata itinere celeri Cpolin proficiscitur, ibique

D καὶ πάλιν ἀναδείκνυται τῆς ἕω ταγματάρχης,
ὅρκοις φρικτοῖς καταδεθεὶς ὑπὸ τῆς βασιλίσσης
ὡς οὐκ ἐπιβουλεύσειε τοῦ Ῥωμανοῦ τοῖς τέκνοις,
καὶ πάλιν ἀναπόμπιμος γίνεται πρὸς Συρίαν.
ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἠρέμησε τὸ χαλεπὸν θηρίον
ὁ φθόνος, ἡ τῶν γηγενῶν καρδιοφάγος ἄρκτος.
καὶ τοίνυν τις ἀπόκοπος τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις,
ὁ τότε πᾶσαν τὴν ἀρχὴν ἄνω καὶ κάτω στρέφων,
ἀκάνθῃ φθόνου κεντηθεὶς κατὰ τοῦ στρατηλάτου
καὶ τηλικαύτην εὔπνοιαν τύχης οὐ φέρων βλέπειν
τὸν Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν οὐρίως ναυστολοῦσαν,
γραφὰς ἐπὶ τὸν Τζιμισχῆν εὐπτέρους ἐγχαράσσει
(τῷ Τζιμισχῇ δὲ κλῆσις ἦν βρεφόθεν Ἰωάννης)
P 116 ἔργον μαχαίρας τὸν Φωκᾶν θέσθαι παρακινοῦσας,
αὐτὸν δ᾽ εἰς τὸ Βυζάντιον ἥκειν ἐρεθιζούσας,
ἐσόμενον αὐτάνακτα καὶ κράτορα Ῥωμαίων.
δέχεται τὴν ἐπιστολὴν ἐκείνην Ἰωάννης
ὁ Τζιμισχῆς, ἐπέρχεται τοὺς τῶν γραφέντων τύπους,
καὶ γνώμην μισοπόνηρον αὐχῶν καὶ χρηστοήθη
χειρίζει ταῦτα τῷ Φωκᾷ, τὸ δρᾶμα καταγγέλλει,
μυσάττεται τὸ φονικὸν ἐκείνου τοῦ θλαδίου.
ἦν δὲ καλὸς ὁ Τζιμισχῆς, εὔοπτος, εὔχρους, εὔθριξ,
καρτερικός, ἀνδρόσπλαγχνος, εὐκάρδιος, ἀνδρόνους,
καὶ μαχητὴς ἀπρόσμαχος καὶ βουλευτὴς ὀξύνους,
ἄνθρωπος μεγαλόψυχος, σώφρων, ἀνδρεῖος, πρᾶος,

5683 γε φρικτοῖς αἰδεσθεὶς M 5687 πικρὸς καρδιοφάγος M 5692 ναυστολούσης R 5693 ἐγχαράξας AM 5699 τοῖς M γραμμάτων A τύποις M 5702 πονηρὸν ἐκεῖνο A

rursus exercituum Orientis dux declaratur, sacramentis horribilibus imperatrici pollicitus nunquam se Romani liberis insidiaturum; quo facto suum ad munus sese confert. sed enim quiescere non poterat invidia, bellua ferox, urso consimilis, hominum corda depascenti. nam quidam ex eunuchis aulicis, qui eo tempore res imperii solus arbitratu suo tractabat, adversus Phocam invidiae spina quasi quadam punctus, quod celebritatem nominis eius atque felicitatem aequo animo ferre non posset, literas ad Ioannem cognomento Zimischam penna non exaratas mittit, iisque cohortatur ut interfecto Phoca Byzantium, futurus imperator Romanorum, properaret. hanc epistolam ubi Zimisches accepisset, tanquam infestus improbitati et vir bonus eam Phocae tradit, eunuchi conatum aperit, eiusque sanguinarium animum abominatur. erat autem Zimisches formosus, facie colore capillis venustis: tolerans, misericors, fortis et virilis animi, pugnator inexpugnabilis, copia celeritateque consilii prae-

καὶ δόρυ δολιχόσκιον κραδαίνειν ἠσκημένος B
καὶ τόξον ἕλκειν τὴν νευρὰν ἐπὶ βελῶν γλυφίσιν,
ἀνὴρ ἐλευθερόψυχος, οὐχ ὑποτρέφων κότον,
οὐ τῆς κακίας φωλεὸν τεκταίνων τὴν καρδίαν,
οὐδὲ ζηλῶν τὸ ζάκοτον καμήλου βαρυχόλου.
εἰ χρὴ δ' ὀλίγοις τὰ πολλὰ καὶ τὰ μακρὰ γνωρίσαι,
ἔμψυχος ἦν παράδεισος χαρίτων φυτοτρόφος,
ἄλσος μυρίων ἀγαθῶν κατάφυτον ὀρχάτοις
θεοῦ φυτηκομούμενον παλάμαις αὐξιφύτοις,
πνεύματος κηπευόμενον νάμασι χρυσορείθροις,
ἐν ᾧ περιεχόρευε τῶν ἀρετῶν ὁ κύκλος,
ἀντίφθογγα δ' ὑπέψαλλε χαρίτων ἡ χορεία.
Τοιοῦτος ὢν τὴν ἀρετὴν ὁ Τζιμισχῆς καὶ τόσος,
καὶ τηνικαῦτα τῷ Φωκᾷ λαχὼν συνομαρτῆσαι C
καὶ χρείαν ὑποστράτηγον ἀποπληρῶν ἐκείνῳ
(ἦν δὲ Φωκᾷ καὶ προσγενὴς κἀκ τῶν αὐτῶν αἱμάτων),
ἅμα τὸ γράμμα ταῖς χερσὶν εἶχεν ὑπαναπτύξας,
καὶ καθ' αὐτὸν ἐπέδραμε τὸν νοῦν τῶν ἐγκειμένων,
καὶ πρὸς τὸν πρωτοστράτηγον πάντα διαπορθμεύει,
καὶ "φεῦ" φησίν, "ὦ στρατηγέ, τῆς τῶν Ῥωμαίων τύχης!
ἕως καὶ πότε τῆς ἀρχῆς τὸ σκάφος ἰθυνοῦσιν
εὐνοῦχοι γυναικόψυχοι, πόριμοι πρὸς κακίαν,
πάντων κακῶν ἐφευρεταί, πάντων κακῶν ἐργάται,
ἄνθρωποι μαλακόψυχοι, σκεύη πονηρευμάτων,

5708 *τὰς νευρὰς* AR *ἐπιμελῶν γλυφίσαν* M 5709 *ὑποστρέφων* M 5712 *μακρὰ καὶ τὰ πολλὰ* R 5714 *κατάφρακτον* M 5715 *φυτοκομούμενον* AM *αὐξοφύτοις* AM 5722 *Φωκᾶς* M *αὐτοῦ* M 5723 *ἔχων* M 5724 *καθ' ἑαυτὸν* M 5725 *ἐναπορθμεύει πάντα* M 5727 *κράτος* AM

pollens, liberalis, castus, mitis, hastarum vibrandarum et arcuum tendendorum peritissimus, ingenuus, alienus ab ira diuturna; ut paucis denique multa et prolixa complectamur, vivus quidam paradisus gratiarum erat, ipsis dei manibus consitus et aureis sancti spiritus rivis irriguus, in quo virtutum coetus universus choreas velut agitabat, Gratiis ex adverso illis cantando quasi responsantibus.

Talis ac tantus vir cum Zimisches foret, Phocam hoc tempore comitari decrevit, legati munus ab eo consecutus. et consanguineus erat Phocae, prognatus eodem genere. posteaquam scriptum eunuchi manibus suis aperuisset ac eo comprehensa percurrisset, omnibus ad copiarum imperatorem renuntiatis "proh miseram" inquit "Romanorum sortem et fortunam, imperator! quousque tandem imperium administrabunt eunuchi muliebres, fecundi ad malitiam, sordidi, facinorum instrumenta,

τῶν ἀθεμίτων ἀγωγοί, σωλῆνες κακουργίας."
ἤκουσε ταῦθ' ὁ στρατηγός, ἤγειρε θυμοῦ φλόγα.
κἀντεῦθεν ὁ κοιμώμενος ὀρεσιβάτης λέων
D ὑπήνοιξε τὸ βλέφαρον καὶ βρυχηθμὸν ἀφῆκε,
καὶ φόβος περιέδραμε λόχμας δρυμῶνας ὄρη.
κράτωρ δ' ἀναγορεύεται, φθάνει τὴν Κωνσταντίνου,
ἄνευ κινδύνων εἴσεισι, βλέπεται, βλέπει, τέρπει.
καὶ πᾶν τὸ πλῆθος προχυθέν, ὁπόσον ἐν δημόταις,
ὁπόσον τῇ λαμπρότητι τοῦ γένους ἐκυδροῦτο,
ὁπόσον ἐν ἐργατικοῖς, ὅσον ἐν εὐπαρύφοις,
πρὸ πάντων ἡ βασίλισσα σὺν τοῖς ἱερομύσταις,
ὑπτίαις ὑποδέχονται τὸν ἄνδρα ταῖς παλάμαις.
καὶ ψήφῳ γίνεται κοινῇ κράτωρ ὁ Νικηφόρος·
ἦν γὰρ στρατηγικώτατος, εὔτολμος, βριαρόχειρ,
καμάτοις ἀταπείνωτος, ἄκμων στερρὸς εἰς πόνους.
P 117 καὶ μίγνυται Θεοφανοῖ τῇ πρῴην βασιλίδι,
καὶ πρὸς τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ σχέσιν πατρὸς δεικνύει.
Τότε Φωκᾶς τὸ τῆς ψυχῆς ἐγνώρισεν ἀνδρῶδες
καὶ τὸ τολμηροκάρδιον καὶ τὴν πρὸς μάχας θέρμην.
εἶχε μὲν γὰρ παράστημα ψυχῆς εὐγενεστέρας,
καὶ τὸ στερρὸν μὲν καρτερὸν ὑπέφαινεν ἀρχῆθεν,
καὶ τὸν τεχνίτην ἱππαστὴν μακρόθεν παρεγύμνου·
τῆς δὲ τοῦ δρᾶν δυνάμεως κειμένης παρ' ἑτέροις
αὐτὸς τὸ γενναιόθυμον ἔσμυχε κατὰ βάθους,

5731 πονηρίας R 5733 ὀρεσιτρόφος AR 5738 ἐκχυθὲν M
5739 ἐκεδνοῦτο M 5741 ἱεροθύταις AR

rerum nefariarum tubuli, canales improbitatis?" his auditis animus ducis excandescit, et leo prius quiescens oculos aperit ac rugitum edit, ob quem formido lustra saltus montes est pervagata. mox imperator renuntiatur, Cpolin occupat, urbem absque ullo periculo ingreditur, a civibus conspicitur, conspectu suo omnium omnino animos recreat. simul obviam ei se offert urbana multitudo, necnon patriciorum ordo, praetextati, ex officinis operarii. ante omnes alios imperatrix cum sacerdotibus hominem supinis manibus excipit, iamque decreto communi omnium ordinum Nicephorus imperator creatur. erat enim artis bellicae peritissimus, audax, robustus, aerumnis haud quaquam cedens, incudis in morem labores constanter perferens. secundum haec imperatricem Theophanonem sibi matrimonio copulat, et erga Romani liberos affectionem quandam animi paternam declarat.

Praecipue vero probabat in imperio virilitatem pectoris et in praeliis ardorem. quippe generosi erant in Phoca impetus animi, suaeque constantiae documenta statim ab initio dabat, iamdudum ostendens se ar-

ὡς ὁ δαλὸν ἐν σποδιᾷ σπέρμα πυρὸς φυλάττων.
ὡς δ' ἐπελάβετο καιροῦ καὶ τῆς τοῦ δρᾶν ἰσχύος,
καὶ πάντα στρέφων ὁ τροχὸς τοῦ παλινδρόμου βίου
αὐτὸς αὐτὸν ἐπέστησε τοῖς εὐαρμάτοις δίφροις, B
τότε δὴ τότε καὶ Φωκᾶς ὡσεὶ πρηστὴρ ἐρράγη,
καὶ πάσας περιέδραμε φυλὰς βαρβαροφύλους,
πῦρ ἐμπεσόν, ἂν εἴποι τις, ἐν λόχμῃ πολυξύλῳ
καὶ πνεύμασι σοβούμενον καὶ πανταχοῦ διέρπον
καὶ πᾶν φυτὸν βοσκόμενον καὶ πᾶν χλωρὸν ἐκκαῖον.
ἔτρεσαν Ἄρραβες αὐτόν, ὑπέκυψεν ὁ Σύρος,
ὁ Κίλιξ ἐδραπέτευσεν, ὁ Φοῖνιξ ὑπεστάλη,
καὶ πάλιν ἀπεδίδοντο Ῥωμαίοις τὰ Ῥωμαίων·
οὕτως ἀπρόσμαχος Φωκᾶς ἦν τοῖς ὑπεναντίοις.
ὁ κύκλος γὰρ τῶν ἀρετῶν ἀμφέστεφε τὸν ἄνδρα,
καὶ πᾶν καλὸν ἠγλάϊζε, πᾶν ἀγαθὸν ἐκόσμει,
ἰσχύς, ἀνδρία, φρόνησις, πραότης, σωφροσύνη.
ἀλλὰ γὰρ ἄμωμος οὐδεὶς τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων, C
κἂν ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν τῆς ἀρετῆς ἐλάσῃ.
καὶ γοῦν ὁ καλλιστέφανος Φωκᾶς ὁ τηλικοῦτος
ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἔλαμπε καλοῖς τοῖς κατὰ σῶμα,
καὶ τὴν ψυχὴν ὑπέφαινε χάρισι λαμπομένην
ὡς νύμφην ἁβροκόσμητον, ὡς τρυφερόχρουν κόρην·
τοσοῦτον γὰρ τοῦ τῆς ψυχῆς ἐπεμελεῖτο κόσμου
ὡς τρύχειν τὸ σωμάτιον ἀκανθοκέντρῳ ῥάκει

5757 χορὸς R 5758 ῥείθροις R 5762 καὶ τὰ δρυμὰ συμφλέγον AR 5764 ὑπέπεσεν M 5773 ὁ καλλ.] καὶ καλλ. AM 5776 καὶ τρ. A

tificem esse peritum agendi equi. sed dum facultas agendi penes alios est, ipse generositatem animi sui corde imo comprimebat, non aliter atque si quis titionem quasi quoddam ignis semen opertum cinere conservet. at ubi opportunitatem et rei gerendae facultatem nactus fuisset, translato in ipsum imperio, presteris in morem cum impetu maximo ferebatur, et barbaras nationes universas circumcursitabat, instar ignis in silvosum quendam saltum delati, qui a vento concitatus omnes depascit arbores et saltus exurit. itaque metuebant eum Arabes, Syrus se summittebat, Cilix fugiebat, Phoenix animum contrahebat: omnes denique restituebant ea quae Romanum ad imperium spectabant. adeo se Phocas adversariis invictum probabat, absoluta virtute praeditus omnibusque dotibus ornatus, robore corporis, animi fortitudine, prudentia, mansuetudine, castitate. sed enim mortalium in terris nemo plane labis expers est, etiamsi quis ad summum virtutis verticem perveniat. nimirum victoriosus ille Nicephorus Phocas ceteris tam corporis quam animi bonis

καὶ τὸν χιτῶνα τὸν σκληρὸν κρύπτειν τῇ πορφυρίδι
καὶ τραπεζῶν ἀπέχεσθαι τῶν τῆς κρεοβορίας.
τὰ μὲν οὖν ἄλλα λύχνος ἦν ἡμεραυγὴς παμφαίνων·
πλὴν ὡς φορῶν τὴν γηγενῆ καὶ χωματίνην σάρκα,
D ἔφερε καὶ σπιλώματα τινῶν προσοχθισμάτων,
ὥσπερ ἐν πέπλῳ καθαρῷ κηλῖδας δυσεκπλύτους.
ὡς γάρ φασιν οἱ γράψαντες πρὸ χρόνων παλαιτέρων,
τὸ κατὰ πνεῦμα συγγενὲς σχὼν πρὸς τὴν βασιλίδα
ὅμως αὐτῇ συμφύρεσθαι καὶ σαρκικῶς ἐτόλμα.
οὗτος ὁ πρῶτος μολυσμός, δεύτερος δ᾽ αὖ ἐκεῖνος·
ἀνάξιον αὐτάνακτος εἶχε τὸ σμικρολόγον,
καὶ τὸ φιλόδωρον αὐτοῦ τῆς γνώμης ἀπεδήμει
ὡς ὀφθαλμὸς ἐκ σώματος κἀκ τερεβίνθου φύλλον.
κἀντεῦθεν ἅπαν τοῦ Φωκᾶ προτέρημα καὶ κάλλος
ἄσχημον κατεφαίνετο, δύσμορφον καθωρᾶτο.
P 118 καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος τῆς κόρης ἐκκοπείσης,
ἅπαν τοῦ σκῆνος ἀμαυρόν, ἅπαν λυπρὸν τὸ δέμας·
κἀκ τερεβίνθου τρυφερᾶς φυλλάδος ἐκρευσάσης,
οἱ κλῶνες ἀχαρίτωτοι, τὸ στέλεχος ἀχρεῖον.
κείσθω μοι δὲ καὶ γνώρισμα τῆς πτωχογνωμοσύνης.
λιμὸς τὴν γῆν ἐβόσκετο τὴν ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους,
καὶ τῇ πυράγρᾳ τοῦ κακοῦ τὸ πλῆθος ἠναλγοῦτο,

v. 5780 om AM 5781 ὢν M 5788 αὖθις ἄλλος M
5794 ἀποκοπείσης κόρης AR 5797 ἀγροῖον A 5798 δέ μοι M
5799 λιμὸς ἐβόσκετό ποτε AR v. 5800 add R

atque dotibus insigniter lucebat, et usque adeo studiosus erat pulchritudinis internae, ut veste spinarum in morem pungente corpusculum suum affligeret, sub purpura tunicam prorsus asperam tegeret, a carnibus in victu abstineret. denique rebus in aliis erat instar facis clarissime per diem splendentis. verum ut homo, qui terrestrem et corpoream carnem gestaret, quasdam etiam labes habebat, quibus homines offenderentur, ac si maculae vestem mundam foedent, quae difficulter elui possint. nam ut prisci rerum gestarum scriptores tradunt, quamvis imperatrici spirituali cognatione iunctus esset, nihilo tamen minus eam matrimonio quoque carnali ausus est sibi copulare. praeter hanc labem accedebat et alia, prorsus indigna viro principe, nimirum avaritia. quippe aberat omnis liberalitas, velut oculus a corpore, a terebintho folia. per hanc causam virtus omnis atque pulchritudo Phocae plurimum deformabatur. nimirum si absit oculus a corpore, totum hominis tabernaculum caliginosum est; et cum terebinthus foliorum honorem amisit, tum rami gratiae venustatisque nihil habent, tum atipes inutilis est. atque hoc loco lubet indicia quaedam avaritiae Nicephori promere. premebat aliquando fames subiectas Romanis provincias adeo vix ut medimnus aureo num-

καὶ πάντες ἀπωδύροντο τὸ τῆς ἐνδείας βέλος·
χρυσίνου γὰρ ὁ μέδιμνος μόλις ἀπημπολεῖτο.
ἀνέβη ταῦτα πρὸς Φωκᾶν, ὁ δ' ἤλγησεν ἀκούσας,
καὶ τὸ κακὸν ἰάσασθαι δῆθεν παραζηλώσας
τὰς δημοσίας ἀπαντλεῖν κελεύει σιτοθήκας,
καὶ δύο τοῦ νομίσματος σιτοπωλεῖν μεδίμνους.
οὕτω Φωκᾶς μικροπρεπῶς τὸ πρᾶγμα διετίθει, B
καὶ ταῦτα χιλιόσιτα πλουτῶν σιτοδοχεῖα
κατάφορτα τοῖς βάρεσι καὶ σίτοις βεβυσμένα
ἐξ ὧν ἀπεθησαύρισαν αἱ πρὶν εὐετηρίαι,
μὴ τὸν πολὺν Βασίλειον ἐζηλωκὼς ἐν τούτῳ,
τὸν ὄντως βασιλεύτατον, τὸν ἐκ Μακεδονίας,
ὅστις ἰδὼν κατώδυνον τὸ Βυζαντίων πλῆθος
καὶ τὸν λιμὸν παραίτιον εἶναι μαθὼν τοῦ πένθους
ἐντέχνως ἀντετάξατο πάθει τῷ δυσπαλαίστῳ,
ἀντιπαλαμησάμενος γενναίως τῷ γενναίῳ,
καὶ φθείρας θῆρα τὸν βαρὺν πνιγμοῖς βιαιοτέροις·
δώδεκα γὰρ τὸ νόμισμα τὸ χρύσεον μεδίμνων
ἐκέλευσεν ἀντάξιον εἶναι τοῖς σιτωνοῦσι.
Καὶ ταῦτα μὲν ἕκαστος ὡς βούλοιτο λογιζέσθω· C
ὁ δὲ Φωκᾶς ὑποκνισθεὶς ἔκ τινος ὑποψίας
ὡς ἄρα πρὸς τὸν Τζιμισχῆν ἐρωτοδέσμην ἔχοι
ἡ βασιλὶς καὶ γίνοιτο τούτοις τὰ τῶν ἐρώντων,
μαθὼν δὲ καὶ τὸν Τζιμισχῆν θερμῶς βασιλειῶντα,
πάσης ἀρχῆς ἀποστερεῖ τοῦτον καὶ δυναστείας,

5820 ταῦτα μὲν οὖν AR 5823 ἐρῶταν vulgo

mo comparari posset. qua de re monitus Phocas dolere se illo nomine significans, et medicinam malo facere studens, horrea publica iubet evacuari duosque medimnos uno aureo vendi. tam sordidum se in frumenti venditione declarabat, cum quidem horrea multa frumento referta passim haberet, in quae superiorum annorum, qui fertiles fuerant, fruges erant repositae, nequaquam insignem illum maximeque regium imperatorem Basilium Macedonem imitatus. nam cum is populum Cpolitanum forte tristem vidisset eiusque maeroris causam famem esse didicisset, huic malo remedium sollerter invenit, gravi violentis quasi pugnis contusa. iussit enim medimnos duodecim ex horreis publicis aureo uno vendi.

Sed enim de his quisque pro animi sui libitu statuat. caeterum Phocas suspicione quadam de imperatrice concepta, quod esset amore Zimischis capta quodque consuetudo quaedam inter eos clandestina intercederet, ac praeterea cognito Zimischem singulari libidine imperii fla-

καὶ καθ᾽ αὑτὸν ὡς θελητὸν διαβιοῦν κελεύει,
ἕτερον ἄχαρι μηδὲν περὶ τὸν ἄνδρα δράσας.
ἀλλ᾽ ἡ βασίλισσα βαρὺ τοῦτο λογισαμένη,
τὸν Τζιμισχῆν μὴ καθορᾶν αὐλαῖς ἐν βασιλείοις,
πείθει Φωκᾶν μετάκλητον πάλιν τὸν ἄνδρα θέσθαι
καὶ πάλιν τὴν λαμπρότητα τὴν πρῴην ἀποδοῦναι.
καὶ τοίνυν καρδιότρωτος ἐπανελθὼν ἐκεῖνος
D καὶ φέρων τραυματίσματα κατὰ ψυχῆς ὕπουλα,
σχήματι μὲν τὸν ἀπαθῆ καὶ μὴ βαρυθυμοῦντα
πανοῦργος ὑπεκρίνετο καὶ φαιδρωπὸς ὡρᾶτο,
ἔσω δ᾽ ἐπόρφυρε δεινὰ καὶ κατὰ βάθους ὤργα
καὶ πάσας ὑπεβόθρευε δολομηχάνους σκέψεις.
ὁ δὲ Φωκᾶς ὁ βασιλεὺς οὐ κατειδὼς τὰς πάγας
καὶ τὰς βροχίδας τῶν βουλῶν τῶν ὑπορυσσομένων
ὡς ἀετὸς ἐφέρετο πτεροῖς αἰθεροπόροις,
καὶ κούφως ἠλαφρίζετο πρὸς ἀρετῆς ἀέρα.
ἐντεῦθεν ἐπὶ στόματος Δαβὶδ ὁ μελιτόεις,
καὶ κοίτασμα σκληρόστρωτον ἀχρείων χαμευνίων·
εὐνὰς μαλακοεύνους δὲ πορφυραντῶν δεμνίων
καὶ μίξεις τὰς σωματικὰς καὶ τὰ περὶ τὰς μίξεις
P 119 οὐδ᾽ ὄναρ ἐφαντάζετο, κατὰ δὲ τὸν εἰπόντα
ὡς ἄστροις ἐτεκμαίρετο πᾶσαν γλυκυθυμίαν.
μακρύνων οὖν ἐμάκρυνεν, ἔφυγε φυγαδεύων,
μονάζον ἐπὶ δώματος ἐγίνετο στρουθίον

5826 βουλητὸν A, δυνατὸν M βιοῦν διακελεύει AM 5830 τὸν θαυμαστὸν M 5838 μὴ κατιδὼν A 5839 δεινῶν M 5841 κουφὸς ἐλαφύνετο M 5843 λιθόστρωτον M 5844 πορφυρωτῶν M 5849 ἐγένετο M

grare, potestatem et magistratum ei abrogat vitamque privatam agere iubet, nihil aliud in eum durius statuens. verum imperatrix graviter molesteque ferens Zimischem ab aula remotum, persuadet Phocae ut hominem revocaret eique dignitatem pristinam restitueret. quapropter ille revertens animo laeso et vulnerato specie quidem tenus se affectionum expertem atque tristem fraudulenter simulabat, sed dira secum ipse mala machinabatur et animo succensebat. hos laqueos et occulta consiliorum retia Phocas non animadvertens instar aquilae per aëra subvolabat et ad virtutem contendebat. nimirum in ore melleos Davidis hymnos habebat, humi duris in stragulis cubabat, lectos purpureos aspernabatur: a re venerea, praesertim superflua, sic semet abstinebat ut ne per somnum quidem de ea quidquam imaginaretur; denique, sicut ille ait, argumenta voluptatum animi velut in caelo capiebat. quamobrem ab hominibus longe se removebat, quasique fuga quadam inita semet domi

καὶ νυκτικόραξ ἄϋπνος ἐπὶ τῶν οἰκοπέδων.
ἀλλ᾽ ἦσαν οὐκ ἀρέσκοντα ταῦτα τῇ βασιλίδι·
ἔχρῃζε γὰρ περιπλοκῶν καὶ σωματομιξίας.
προσλαβομένη τοιγαροῦν τὸν Τζιμισχῆν ἐγκαίρως,
ἅτε κατάδετος αὐτοῦ τῷ φίλτρῳ γενομένη
(ἦν δὲ κἀκεῖνος δυσπαθῶν κατὰ τοῦ βασιλέως),
ἀνάγει τοῦτον σὺν πολλοῖς λάθρᾳ μαχαιροφόροις,
ἐφίστησιν ὡς θηρευτὰς τοῦ λέοντος τῇ κοίτῃ,
καὶ παραδίδωσιν ἐχθροῖς φεῦ τὸν ὁμοζυγοῦντα, B
ὡς τὸν Σαμψὼν ἡ Δαλιδὰς ἡ μιαιφονωτάτη,
ὡς Τύνδαρις τὸν σύλλεκτρον, τὸν μαχητήν, τὸν ἥρω.
τίς σκυμνοτρόφος λέαινα τετόλμηκε τοιοῦτον,
ἢ ποία τιγροπάρδαλις ἢ βαρύθυμος ἄρκτος;
ἢ βούπρηστις ἢ ζύγαινα, τὰ τῆς θαλάσσης ἄχθη;
εἰστρέχουσιν εἰς τὸν Φωκᾶν ἰχνηλατοῦντες κύνες,
εὑρίσκουσιν ἐν ταπεινῷ κείμενον ψιαθίῳ,
καὶ κτείνουσιν ἐμφέροντα τῷ στόματι τὰ θεῖα,
ἔτεσιν ἓξ αὐτάνακτα Ῥωμαίων γεγονότα.
Καὶ τὸ μὲν αἷμα κατὰ γῆς κέχυτο τοῦ δικαίου,
ὡς Ἄβελ πρὶν ἐκ παλαμῶν ἀδελφοκτόνου Κάϊν, C
καὶ πρὸς θεὸν ἀνέπεμπε βοὰς θρηνητηρίους·
ὁ Τζιμισχῆς δ᾽ ἀμφέθετο τῇ κεφαλῇ τὸ στέφος,
καὶ πάλιν Ἄρραβες αὐτὸν ἔβλεψαν στραταρχοῦντα,
καὶ πάλιν Σύροι γεύονται δραστικωτέρας σπάθης,

5850 *αγρυπνος* R 5854 *πόθῳ* M 5856 *ἐπείγει* A 5865 *χαμευνίῳ* AR 5869 *ἀδελφοκτόνων* A 5871 *ἐπέθετο* M

continebat, in morem solitarii passeris et insomnis cuiusdam cicumae; quae res atque studia non placebant imperatrici, venereos amplexus requirenti. quapropter opportuno tempore Zimischem sibi adiungens, cuius amore tota flagrabat, graviter imperatori succensentis, clam hominem cum multis armatis in aulam intromittit, et quasi venatores quosdam ad cubiculum leonis deducit, torique consortem (proh facinus improbum) hostibus prodit, ut illa sanguinaria Dalida Samsonem, ut Helena maritum heroem, praeliatorem insignem. quaenam leaena tale qnippiam fuit ausa facere? quae tigropardalis? quae ursa? quae bnprestis? quae zygaena? nimirum canes illi Phocam indagantes introcurrunt, reperiunt eum cubantem humi tenuiter, divina quaedam verba pronuntiantem interficiunt, sextum iam annum imperantem.
Hoc modo iusti viri sanguis in terram profundebatur, ut Abelus olim a Caino fratricida necatus est, et ad deum querelas lamentabiles emittebat. secundum haec Zimisches coronam imperatoriam sibi vindicat, et rursum copias adversus Arabes educit; rursus ensem Syri effi-

πάλιν Χαβδὰν ὁ φύλαρχος ἔφευγε προτροπάδην.
οὗτος ὁ κράτωρ τοῖς ἐχθροῖς τὸ ξίφος ἐπισείσας
καὶ πᾶν Ῥωμαίοις πρόσοικον βάρβαρον ἐκφοβήσας
τὸ γαῦρον τοῦ φρονήματος ἔπεισεν ἀποθέσθαι,
καὶ στενωθέντας ὑπ' ἐχθρῶν τοὺς τῶν Ῥωμαίων ὅρους
ἐπλάτυνε σχοινίσμασι χωρῶν ἀπειροπλέθρων,
καὶ μέχρι ῥείθρων Τίγρητος ἔπηξε τὰς αὐλαίας.
D ἔφριξαν τούτου τὴν αἰχμὴν Κιλίκων οἱ φρουράρχαι,
ἔτρεσαν τούτου τὴν ἰσχὺν Ἀρράβων οἱ στρατάρχαι.
ὁ Φοῖνιξ ἐδραπέτευσε τὰς ἐμπυρίους χεῖρας,
ὑπόχλωρος ἐγένετο φεύγων τὸ δόρυ Σύρος.
Ἔδεσσα τοῦτον ἔβλεψεν, Εὐφράτου πεδιάδες·
Ῥωμαίων ἵππος ἔπιε ναμάτων τῶν Εὐφράτου,
καὶ φρυαγμάτων ἔπλησε τοῦτον μυκτηροκόμπων.
ἔβλεψε τοῦτον Δάνουβις καὶ Σκύθης ἰστρογείτων
τὰς φάλαγγας συγκόπτοντα, ῥηγνύντα τοὺς Σκυθάρχας,
κτιννύοντα, διώκοντα, τρέποντα τοὺς προμάχους,
ὡς εἴ τις λέων ἐμπεσὼν βουσὶ μεγαλοπλεύροις
θοινῷτο καὶ σπαράγμασι βιαίοις κεραΐζοι.
τότε καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν εἰς αἷμα μετετράπη,
καὶ γέγονε λυθρόφυρτος ὁ καλλιχεύμων Ἴστρος.
P 120 Ῥωμαῖοι κατεχόρευον πεδίων παριστρίων,
καρδίας δὲ βαρβαρικὰς τὸ δέος ἐκρυστάλλου.

5874 Φρυγῶν M ἔφυγε R 5878 παρ' M v. 5882 add R 5883 ἐδραπέτευε τὰς ἐμπειρίους M 5886 τοῦ M 5890 προπέμποντα πρ. M 5892 θοινᾷ τε M βιαίαν κερανίζει M

cacem gustant, rursum Phrygiae gentis princeps fuga sibi consulit. etenim hic imperator gladio contra hostes vibrato, barbarisque finitimis Romanorum imperio territis, omnes ferociam animi superbiamque deponere coëgit, ac plurimum Romanis finibus, qui ab hostibus valde coartati fuerant, adiecit, castris ad Tigrim amnem usque promotis. metuebant robur eius Ciliciae praesidiorum munitionumque principes: manus rei militaris gnaras Phoenicum natio fugiebat: Syri cum pallore bellum reformidabant. conspexit hunc imperatorem Edessa, conspexerunt Euphratis campi, cuius amnis aquas Romanorum equi hauserunt, et ea loca passim suis hinnitibus repleverunt. conspexit eundem Danubius fluvius, conspexerunt Istro vicini Scythae caedentem hostium agmina, duces nationum perrumpentem, occidentem, persequentem, antesignanos in fugam coniicientem, non aliter atque leo delatus in boves eos ipsos mactat atque dilacerat. amnium aquae in sanguinem tunc commutatae fuerunt, ipso etiam Istro cruentato. percurrebant Romani vicinas ei planities, barbarorum animis formidine perculsis.

Τοιοῦτος ἦν ὁ Τζιμισχῆς ποιμὴν θηροδιώκτης,
προφυλακὰς ποιούμενος τῶν ἑαυτοῦ θρεμμάτων,
